VGOLINI VERINI
POETAE FLORENTINI
De Illustratione Vrbis Florentiæ.
LIBRI TRES.

SERENISSIMAE PRINCIPI

VICTORIAE FELTRIAE
MAG. ETRVRIAE DVCI.

Secunda editio magis aucta, & castigata.

CVM PRIVILEGIIS SVMM. PONT. VRB. VIII.
ET SEREN. FERD. II. MAG. ETRVRIAE DVCIS.



FLORENTIAE, Ex Typographia Landinea MDCXXXVI.
SVPERIORVM PERMISSV.

Leopoldi Andreae Guadagni JC. Flor.ni

SERENISSIMÆ PRINCIPI
VICTORIAE FELTRIAE
MAG. ETRVRIAE DVCI.

IOAN:BAPTISTA LANDINVS FOEL.

SENIVM, quod plerumq; cœteris rebus male auſpicatum ſolet contingere, fauſtis modo auſpicijs affluxit libello Verini Poetę: tuo namq; ſub Sole auguſtiſſimo velut Aſſyrius Phœnix, vetuſtate pene conſumptus renouatur, reparatione ſua fælicior quam natali. Lutetiæ primum impreſſus tanquã aduena prodijt non cunctis ſuis partibus abſolutus: nunc nouis Familiarum inſignibus locupletatus triumphat in Patria, dum meis charateribus tuo regali nomine inſcribitur. Nec alteri quam tibi debebantur Stemmata Hetruſcæ gentis præclariora: non ſolum, quod natalitia ſunt illius Florentis Vrbis, quam placido gubernamine vna cum Sereniſſimo Coniuge moderaris, ſed quia lumine tuæ Virtutis (veluti aſtra in ſuo Cęlo) magis colluſtrãtur, dum ipſa tibi alacri deuotione famulentur, ita vt liceat aſſerere cum principe poetarum.

Solemq; ſuum ſua Sydera norunt.

Sed meum non eſt progredi in tuas laudes, cum precario obtinuerim vt in eas inſurgat Hyeronimus Bartholomeus non minori fortaſſe lepore Latino carmine, quam ſit ſolitus ludere Hetruſco: ipſe tibi panægyrica inteſſat; dum ego humili ſilentio te veneror, & oblatione huius munuſculi in mea Typographica officina eſcuſi, deprecor, vt Deus Op. Max. affluentia ſuorum bonorum tuis votis aſpiret.

SERENISSIMAE PRINCIPI

VICTORIAE FELTRIAE

MAG. ETRVRIÆ DVCI.

CARMEN

HYERONIMI BARTHOLOMEI.

ARMINA Verini dignam memorantia prolem,
Qua Flos Italiæ Florentia, Gemmaque Mundi
Irradians claras inter caput extulit Vrbes;
Carmina longæui prope condita temporis vmbris
Luce tua patefacta nitent, ò Sydus honoris,
Vrbini regale decus, cui candida Phœbe
Cedit, & auricomi lampas præfulgida fratris,
Lætum fronte diem dum maestate serena,
Atq; oculis aperis, volucrum quibus haurit Amorum
Ambitiosa phalanx cœlestis semina flammæ.
Vt soboles genitorq; sui Titanius Ales
Exuuijs nouus ipse redit, cunasq; sepulchro
Pulchrior assumit, Phœbi conuersus ad ortus
Fœcundo bibit exitio dum feruidus ignes:
Sic reparare tuo veterem sub Sole senectam
Exiguus liber iste, tuo sed nomine magnus
Exoptat, speratq; sacro velamine tutus

Sper-

Spernere liuentes hyemes, tumidaſq; procellas.
Nec tibi ſordeſcat tenui de flore corolla,
Texta manu Aonidum tua nunc redimicula circum
Feltranam Quercum, ſummo quæ cara Tonanti
Natiuo defixa ſolo conſurgit ad aſtra,
Ridens aduerſos inuicto robore ventos.
Talia namq; ſibi non dedignata Sororum
Serpere Liligeræ fronti redolentia ſerta
Illa ſuis turrita opibus Berecynthia, Diuum
Gallorum Genitrix, Mediceæ gloria gentis;
Quæ fuit vna ſalus Franchis, Regniq; labantis
(Morte trium Regum) viſa eſt generoſa Virago
Herculeis humeris totam fulcire ruinam.
O quam præclare numeris illuſtribus illi
Reſpondes, illamq; tuis virtutibus æquas.
Flos illa Elyſius Thuſcis translatus ab hortis
Deuotos populos cæleſti afflauit odore:
Tu Rosa Metauri gremio nutrita micanti
Regnantis Floræ, Rosa tu cui purpura fulgens
Ingenuus pudor ille tuus, cui ſtemmata Regum
Priſca coronatos auro fecere capillos;
Cuiq; ſatellitium Virtus haſtata, pudicus
Molliter halat Honos, Florum Flos tu Rosa Princeps,
Delitiæ Charitum, Superum ſincera voluptas.
Illa ſibi καθαρον nomen Catharina refinxit
Purior electro ſceleris dum neſcia candet:
Tu facis ipſa tibi victrix VICTORIA nomen,

Mulcens dum radios vultu demissa benigno
Mentes sponte tibi, & famulantia pectora reddis.
Belligeri Proceres, quos iactat Feltria Tellus
Diues Auis, Proauisq; tuis Franciscus, & ille
Annibal Vrbinas audax Friderigus in hostes
Irruit armatus Victor; tu vincis inermis
Moribus vrbanis, placidoq; augusta lepore.
Forma se victum egregia, vinctumq; fatetur
Spes Medicum summumq; decus FERNANDVS, auitæ
Hæres Virtutis, famæq; insignis; honestos
Hinc petit amplexus ardens, pactumq; Hymenæum,
Quo facias hilarem formosa prole Parentem.
At dum Iuno faces, thalamum Cytherea iugalem
Iam parat, & festas innectit Flora choreas
Grandia Romani ne te primordia Syllæ
Vrbe tua pigeat, veterisq; reuisere gentis
Crescentem segetem, cuius pars maxima splendet
Stirps Medicæa, potens armis, opibusq; virisq;
Sceptriferis, Cælo titulis affinis origo.
Aurea dumq; tua Quercu sua Poma maritat
Plaudens hinc orbis sperat Saturnia Regna.

Carolus

CAROLVS STROZZA THOMÆ FILIVS, Nobilibus Florentinis.

INter legendum Carmina Vgolini Verini, comperi verum esse quod asserit German. Audeb. Aurel. ab eo de Familijs Florēt. incuriosè tractatum esse, nō mihi est otium singula ad esamen reuocare, sed cum multa nostræ Ciuitatis antiqua documenta perspexerim, quædā mihi suppetunt quę cursim volui annotare, vt potius alijs præire videantur nostræ annotationes, quā rem esactè tractare, relinquens hanc inspectionem ornādam ijs qui voluerint diligentius, & maiore cum otio, quod mihi nō est prisca documenta, & Annales Reipublicæ Florentinæ euoluere, & scrutari, vt ad veritatis amussim quæq, respondeant.

Si quis aliquid habet aduersus ea, quæ correcta sunt in medium proferat, nam polliceor fore vt probationes deducam, quibus euincet veritas, ita prorsus constitui meas hasce recognitiones oportuisse. *ANNOTATIONES IN VERINVM.*

NOn eadem est Mocorum, & Mozzorum familia, & cum à Mozzis non vero à Mochis nomen sibi asciuerit Platea illa quæ prope est flumen Arnum Mozzorum vocata, debuit Auctor ponere. Mozzorum, loco Mocorum.

Tebalducciorum familia non excidit nam continua prole viguit ac viget in Giacominis, quare quidam ignotus Auctor hos versus apposuit in originali Verini codice apud me.

Viuit, at egregijs stirps Tebalduccia factis
Clara alio nuper Iacominia nomine dicta

Versus autem Verini huiusmodi.

Nemo Tebalducci de semine restat, &c.

Ab ipsomet ignoto auctore hunc ferè in modum correctum est.

Nemo nunc Bonij de semine restat, &c.

Familia Sauerigia non fuit Plebea, vt affirmat Verinus, sed semper in primo Ciuium ordine reperitur.

Verba quibus Auctor Sonagliorum familiam effert ac celebrat, potiori iure Serragliorum familiæ videntur adscribenda, cum hæc non illa ortum traxerit à Valle Elsæ, & breui tempore simul cum diuitijs dignitates Reipublicæ, ciuilibus discordijs, amisit.

Mecole dum Auctor in suo Carmine enunciat, mendose pro-

tulit, Mezzole enim dicendum est, quæ familia ex quodam agro Mezzole, non Mecole dicto duxit originẽ, qui fluuio Pesæ adiacet.

Post hunc versum, *Nesia progenies*, &c. est ponendum alium, qui situs est in quinto loco, & sic habet. *Et nunc eloquio*, &c. & ex Codice qui est apud me ita efferendus. *Est nunc eloquio*, &c. ita vt solum peccatũ sit ab impressore Parisiensi intranspositione, & post verbum *Ioannis*, est apponendum punctum. Vnde pateat Verinum in sequentibus versibus locutum esse de familia Barberina, quæ diuersa est à Nesia, & appellata hoc solo nomine de Barberino, quæ Semifontem primo incoluit, & ab eius euersione in contiguis collibus vbi prædia possidebat coacta est per plures annos permanere, ex conditionibus datis à Florentinis, quarum iurarunt obseruationem Semifontenses, inter quos fuit Guidottus ex progenitoribus familiæ Barberinæ. Quamobrem si forsan arbitratus est Verinus quæ dixit, tantum deberi attribui familiæ Nesiæ allucinatus est nam liquido constat, Franciscum de Barberino Iuris Consultum, & Poetam, cuius epitaffium est incisum in lapide sub Altare Sacelli Barberinorũ in aede Sanctæ Crucis Florentiæ erecti, & S. Francisco dicati esse ex hac familia Barberinorũ non ex Nesia.

Obliterandum penitusq; ex hoc Verini Poemate delendum est Carmen illud, quod incipit. *Bondici cecidere omnes, cecidere Baronci.* Nam in Florentino Cælo hoc familiæ sydus non cernitur micuisse, vel si micuerit, satis exigue, vt vix conspici potuerit. Quamobrem loco citati carminis duo hæc ex ipso originali excerpta à superiore ignoto auctore composita inseruntur.

Bonizi cecidere omnes, Mapheaq; proles
Occidit, & veteres pariter cecidere Baronci.

Familias Scalæ, & Anselmorum penitus temporis carie absumptas esse non bene asserit Verinus, nam Scala non multis ab hinc annis occidit, nomen Anselmorum adhuc viget.

AEquum postulare videbatur cum Verinus de alicuius familiæ origine loqueretur, quibus aliae Consortes essent familiæ, sibi etiã de illis agendum esse; De ijs tamen primo loco appositis tantũ sermonem habuit, reliquis penitus omissis suis Consanguineis.

Clarамontenses, & Vccellini.	Vghij, & Auuogadij.
Temperani, & Carradorij.	Filipetri, & Talani.
Soderini, & Cacciafuori.	Pulci, & Ponzardi.
Bardij, Lariones, & Gualterotti.	Donati, & Calfucci.

Simones, & Bonarroti.	A Ghiacceto, & Norij.
Catellini, Filiterij, & à Caſtillione.	Valorini, & Ciurianni.
Macinghi, & Razzanti.	Baroncelli, & Bandini.
Ormanni, & Foraboſchi.	Baſtari, & Rittafè.
Eliſei, & Alagherij.	Fatij, & Carucci.
Caualcantes, & Cauallereſchi.	Scarlatti, & Scarlattini.
Pilli, & Erri.	

De illis vero, quæ hic inferius apponentur quamquam conſortes ſint, æque loquitur, ac ſi nullum inter eas conſanguinitatis vinculum intercederet.

Pitti, & Ammirati.	Filiioannis, & Cattani.
Sannella, & Siminetti. (daccij.	Magalotti, & Mancini.
Voltæ, Rinuccini, Benis, & Gui-	Palagi, & Ghinetti.

Mentionem facit auctor familiæ della Toſa, Toſinghorum, & Vicedominorum tam quam Florentini Archiepiſcopatus Patronę omiſſis Cortigianijs Vice dominorum Conſortibus, & Aliottis, qui prędicti Archiepiſcopatus æque Patroni fuerunt, & defenſores. Meminit Poeta Tornabonos, Populeſcos, & Tornaquincios, prętermiſſis Giachinottis eorum conſortibus.

Ex Florentinorum albo Verinus omiſit quingentas ferè familias partem ſua ætate viuentes, partem extinctas, quæ grata memoria erant dignæ, & poſteritati commendandæ; Hoc ipſum bene annotauit Typographus in fine libri. Quemadmodū in cæteris duobus libris complura obticuit; Vt in primo clariores Ciuitatis Florentiæ victorias, ac Triumphos; In ſecundo viros quam plurimos vitæ ſanctitate, atq; integritate conſpicuos: De ijs vero qui Sacrarum apices adepti ſunt honorum, vel Eccleſiaſticis gloriosè perfuncti ſunt muneribus, vllum nec verbum fecit, & quam plura alia ſiluit, quæ breuitati ſtudens ſilentio prætereo.

Aduertat lector, quod pro ſanguine Pipinio intelligendū eſt de Carolinghis, Pipinius enim hoc in loco ponitur pro Patronimico.

Has igitur non eo cōſilio notas adieci, vt Verini Poema, alioqui commendatione dignum aliquā labem vel maculā ex illis contraheret, ſed vt planū fieret, Florentinā nobilitatem non in eas anguſtias, quas ei incuriosè circumſcripſit Auctor eſſe cogendam.

Qui ſuarum familiarum volunt habere maiorē cognitionem, & dubitationes de medio tollere poterūt ipſi per ſe in mediū proferre, cum mihi non vacet per ſingula ire, & ea ſigillatim recenſere.

TYPOGRAPHVS
Candido Lector.

HOS Vgolini Verini de Vrbis Florentiæ illustratione tres poeseos libros prælo iterum supponendos curaui, primo tamen correctionis incudi commissos, & ad lydium originalium carminum, quæ apud Dominum Carolum Strozzam Thomæ filium, extant summo nostro studio ad pristinum nitorem restitutos. Multa quidem quæ vel auctorem latuerunt prorsus, vel pro arbitratu ipsemet omisit, tam graui suis numeris absoluto carmini addidissem, sed vbi non nisi multorum studio id fieri posse ratus sum, cæpi subinde (vt in paræmia est) receptui canere. Saniori nihilominus appulsus iudicio, arbitratus sum librum illum de familijs precipue fore nostra cultura purgandum. Quare adieci plures familias eidem, partem ex ipsiusmet Verini Carleide desumptas, partem ex scriptis à docto viro Vgolino Vierio, eiusdem Auctoris familiæ mihi ad legendum datis discerptas, quamuis hæ non Verino, sed recentiori cuidam Poetæ adscribantur. Præterea (vt ad calcē huius Poematis poterit à quolibet obseruari) luculentum indicem omnium illarum familiarum, quæ non longa disquisitione nostre menti occurrerunt inserui; Quę siue tunc temporis excidissent siue prole virenti altas radices agerent incuriosa Poetæ obliuione ne dum indignæ videbantur, sed æqua recordatione commendandę. Harum tamen compendiosa narratio multorum fors acuet industriam, earumdem originum qualitatum, & excellentiæ referendę, vt vbi Verini calamus in fæcundus recentiorum solertia facūdius, & fæcundius fundat carmina. Demum eum hanc Verini qualemcumq; nostram emendationem sperem tibi furutam gratiorem in tuæ humanitatis prędidio conquiesco. Vale.

IN

HAEc quę ſequuntur ex originali codice correxi, & multa alia eiuſdem generis, vt ipſemet, veterem impreſſionem Pariſienſem, & hanc meam legendo cognoſces.

IN PRIMO LIBRO.

Aſt vbi bis centum, &c. *vſque ad verſum.* Venit in Italiam, &c.
dixi eius loco, At deſiderius, &c. 10.
Alta Paleſtinæ, *loco,* Atq; Idumee. 11.

IN SECVNDO LIBRO.

Circula, *loco,* paupercula. 31. infectos, *loco,* infeſtos. 19.
fieri vult incola Cæli, *loco,* ſolum ſpirabit Olympum. 31.

IN TERTIO LIBRO.

Duo Carmina adiunxi.
Coſmus auus, &c. 51.
Item hoc aliud.
Accipitur miraq; 64.
Panzanis, *dixi pro,* Pancanis. 65.
Zatum, *pro,* Catum. 71.
Verrazani, *pro,* Verracani. 72.
Item verſum. Incola, &c. *imperfectum abſolui.* 76.
Hæc atq; hæc, *commutaui,* vtraq; progenies, &c. 81.
Item hi duo verſus qui deſiderabantur adieci. 13.
Rinaldorum, &c. 88.
Mangioniſque, *loco,* Mangoniſq; 88.
Fatia progenies vetuſtos de Monte Paterno, *dixi pro,*
Fatia progenies natali de Monte Vetuſto. 89.
Bondones, *pro,* Bondinos. 90.
Iſacchi, *pro,* Iſtichi. 90.
Item quinque alios verſus addidi.
Vnius Aſtronomi, &c. 90.
Item addidi quatuor Carmina, Quis Gallos. 88.
Poſt familiam Baronci à 84. Additi ſunt xvij. Carmina.
Altera nunc, &c.

LAELIVS TORELLVS V. C. ac I. C. de cæde Radagasi Getarum Regis.

Barbarus infesto Radagasus MEDICIS ictu
Dum ruit, & iam spes concidit omnis, ait;
Florentem at minor hanc, atque vrbem excindere Romam
Gloria erat, dextra quam cecidisse tua.

EX IVL. CAES. SCALIGERI CL. V. Vrbibus.

FLORENTIA.

Parua fluentisonis aggesta Fluentia ripis
Mollia de nitido nomina Flore capit.
Fæsula regnabat: verum meliora sequutus.
Martius antiquas detulit amnis opes.
Diuitias Hera: Mercurius discrimina linguæ,
Mercurius varias ire redire vias:
Ambitiosa ferox, bellacia, flammea Mauors
Pectora: magnificam docta Minerua manum:
Iuppiter ostendit cælestes mentibus aulas:
Sirenum tribuit dulcis Apollo sonum.
Vera vetus Romæ soboles, aliena requiris,
Mutua quæ proprias vertis ad arma manus?

AD SERENISSIMAM, AC CHRISTIANISS. REGINAM CATHARINAM MEDICÆAM,

HENRICI III. Galliæ, & Poloniæ Regis Christianiss. Matrem.

GERMANI AVDEBERTI Aurelij

CARMEN.

VI potius Regina potens, Regumque creatrix,
Quam tibi sacrentur Verini carmina vatis
Syllanæ veteres vrbis celebrantia cunas,
Illustresque viros, totamque ab origine prolem,
Maioresque tuos? quorum tu maxima iure
Gloria censeris: sunt hæc tibi propria dona
Magnanimum Heroum genus alta è stirpe trahenti,
Summosque augenti Mediceæ gentis honores.
Nobilis vt fuluo decoratur gemma metallo,
Vt radijs magis illa suis illuminat aurum:
Sic splendente domo, & claris natalibus orta
Scintillas, raraque tuos virtute parentes
Illustras magis, atque magis: moderatio magno
Magna licet fuerit Cosmo, prudentia solers Lau-

Laurenti primo, generoſo mira Leoni
Ingenij cultura, & cui clementia nomen
Conueniens peperit, virtuſque inuicta ſecundo
Laurenti, quo tu quanto genitore fuiſſes
Fortuna magis; teneræ niſi fila iuuentæ
Rupiſſent fata ante diem? fata inuida terris.
Sed quid ego reliquos nequicquam proſequar vltra,
Vna tuos cum tu meritis ſuperaueris omnes,
Nilque vnquam tulerit tua te Florentia maius?
Nec decus eſſe ſuum te Thuſcia ſola fatetur,
Sed tota Italiæ tellus ſibi vendicat, & te
Vt pridem aſſuetum veneratur Gallia numen.
Altera nobilitas materna ab origine ſurgit
Ducta Bolonæum Comitum de ſemine claro
Regibus antiquo iunctorum ſanguine Gallis.
Vnde tibi dudum locuples Aruernia ceſſit.
Nunc etiam cedunt tibi Luſitanica regna,
Debita pacifico, ſed non poſſeſſa Roberto;
Qui quondam Rege Alphonſo, Aruernaq; Mathilde
Editus haud vetitis, inconceſſisque Hymenæis,
Legitima ad ſeros tranſmiſit iura nepotes:
Liligeræ ſed regna foues potiora coronæ
Coniugo Henrici Regis dignata, ſecundi
Nomine, at haud cuiqnam bello, vel pace ſecundi.
Ecquis pace etenim fuit obſeruantior æqui?
Quis bello melior, ſumptiſque audentior armis?
O felix vna ante alias Regina, frequenti (*Al-*

(Altera ceu Cybele mater fœcunda Deorum)
Tot Regum partu, Reginarumque superba?
Præcipue Henrici, gemino cui regia late
Gallo, & Sarmatico diademate tempora fulgent.
Virtuti, & meritis hoc Sarmata detulit vltro,
Hæredemque amplexa absentem Gallia, fratre
Defuncto: quo non Regum præstantior alter
Dotibus ingenij, & facundæ munere linguæ.
Quantas Franciscus Gallis spes excitat ingens,
Dum Belgam oppressum iuuat auxiliaribus armis,
Ventososque noua virtute exterret Iberos
Intrepidus: belloque ad Scaldim fulminat amnem
Assuetus magnis caput obiectare periclis,
Nec dubius merita letum pro laude paciſci?
Felicem euentum cœptis date numina iustis.
Vnica restat adhuc cælo demissa benigno
Regina, auratos inter tria lilia flores
Flos apprima nitens, gemma pretiosior omni
Margaris, astringens fraternos vnio nexus,
Bellorum impatiens, tranquillæque arbitra pacis.
Casta Venus, prudens Iuno, formosa Minerua,
Orta Iouis cerebro, sed non sine matre Deorum:
Dignus vterque parens nata, digna illa parente
Vtroque; ingenium referens vtriusque parentis
Et genium; vultum Franciſci, animumque virilem
Neptis aui: par eloquium, par gratia frontis.
At tibi tam multis genitrici Heroibus auctæ

Quid tantis dignum titulis feret iſte Poeta,
Mortali quanuis ſonet immortalia voce
Enthea Pierio præcordia concitus œſtro?
Nam licet innumeros vrbi, varieque nitenteis
Aſpergat flores; nullo tamen, inclyta, flore
Culta magis, quam flore tuo Florentia claret,
Aurea quæ globulis miſcet tria Lilia ſenis.
O talem ſi te Verini ſecla tuliſſent,
Quantis ille tuos cumulaſſet laudibus ortus?
Tu contra quales ſtimulos ſub pectore vatis
Vertiſſes: quantoque afflaſſes numine mentem?
Nanque excepiſſet tua cum te Aurelia nuper,
Et nos, alloquio non dedignata, beaſſes:
Inſolitum experti ſacro te agnouimus ore
Læta infundentem noſtro tua lumina cordi,
Accendere nouos animo quæ protinus ignes:
Senſimus, & vegetas commotos ſanguine vires,
Vt Deus in nobis ſtupefacta per oſſa cucurrit
Languida labentis reparans fomenta ſenectæ.
Vſque adeo Diuæ potuit præſentia? reddant
Abs te igitur ſumptam mea nunc tibi carmina lucem,
Vlla tamen decorare valent ſi carmina lucem
Ornantem reliquas, & nulla luce minorem,
Reflexamque in ſe Phœbei luminis inſtar.
Sic, dando accipies, dignis ſi lumina fundas.
Si vero, quod habes renuis, quæ munera ſumes,
Cum ſola accipiant ſuperi, quæ dona dedere?

NON alienum ab officio boni ciuis erit hic adnotare, Verinum hunc, Ficino Politianoque florentibus iam fuisse grandæuum: constat ex eorum cum litteris, & carminibus Latinis, tum ex carmine quodam Italico Beniuenij in mortem Michælis, huius nostri, filij; raræ castitatis adolescentis; qui obijt annum agens XVII. cuius vnici deflet, & ipse pater nimis exproperatæ mortis acerbum casum. Ceterum Verinum hunc, annos cum peregisset 75. aut plures, perhibent fato functum anno salutis 1516. qua tempestate LEO X. Vrbem Florentiam ingressus est. cum ibi iem antea adhuc iuuenis, talem hunc virum sibi habuisset præcipuum ad linguam Latinam ducem atque magistrum: & quidem merito. Apparet enim fuisse hominẽ quamuis probum, natura non infacetum, sed facundum; eumque, in quo esset non inelegans suorum facilitas sensuum explicandorum. Sed & alia, præter hæc, reliquit ingenij sui non indecora monumenta; librum videlicet de rebus à Carolo Magno gestis, Carliades inscriptum; de expugnatione Granatæ alium, atque alium de rebus cæleſtibus. Aiunt, & Antonini Archiepiscopi composuisse vitam; & cuius etiam ipsemet meminit in hoc libro, Philippi Benitij laudationem, quæ inscribitur Sylua. Horatium præterea, nec non alios poetas bonos multis lucubrationibus attigisse; poemata, que, quæ multa fecerat, Beatrici Hungariæ Reginæ dedicauisse - nepotes sui graues testes, ijdemq; præstantes in omni grauiore arte viri, autumant.

QVOD vero ad argumentum adtinet trium horum librorum: In primo prodit Autor quædam de veteris Florentiæ gloria maiestateque. In II. multorum virorum illius vrbis virtutes atque res gestas narrat. In III. Florentinas familias (quamquam multas omiserit) cum veteres, tum nouas expedit, & origines illarum; sed incuriosius paullo quam par erat. MEDICAEAM certe dicent alij melius, vt audio, ex incorruptis Græcorum monumentis, ac supra annum D. repetitis.

HI interim libri honori patriæ destinati, professione pietatis aut laudati erunt, aut excusati.

Αλλα δ' ἀλλαχοῦ καλά.

VGOLINI VERINI
POETAE FLORENTINI
De illuſtratione Vrbis FLORENTIÆ.

LIBER PRIMVS.

INCLYTA Syllanæ referam primordia gentis,
Quæ caput Hetruſcas longe ſuperextulit vrbes,
Dardanij vt merito ſe natam ex ſtirpe Quirini,
Ac veros Romæ clara virtute colonos
Approbet eſſe ſuos felix Florentia ciues:
Per quos aucta duces, quibus exornata triumphis,
Vt nulli veterum cedat, nec copia maior
Ingenij quaſcunque velis reperitur ad artes.
Dic mihi Calliope Thuſci monumenta Leonis,
Quotque duces claros tulit vrbs celeberrima bello,
Inſignes quot pace viros, ab origine proles,
Magnanimi vnde ſuum nomen traxere nepotes.
Res priſca eſt. multæ, variante volubilis æui
Fortuna, periere domus; longoque veterno
Conſumtæ, vt prorſus veſtigia nulla ſuperſint.
Nunc florent multi, quorum ſi nomen auorum

In-

Inquiras, se scire negant, vel dicere mussant,
Immiscentque suos alieno in stemmate ramos.
Altius Oenotrij repetam cunabula regni.
Indigenæ Latium primi coluere sine vllis
Legibus: errabat per siluas more ferarum
Gens vaga: non terram curuo scindebat aratro,
Sed dabat huic victum decussis glandibus ilex:
Donec dispersos gemini prudentia Iani
Collegit, posuitque vrbes: tum fœdere certo
Inter se deuinxit, connubioque ligauit:
Ac stabili cælum docuit ratione moueri,
Principiumque anni, qui dat noua nomina Thuscis.
Illo etiam geminus regnabat tempore Cecrops,
Per quem iuncta mari sacris est fœmina vinclis.
Tunc quoque Saturnus Dictæis exul ab oris
Venit in Ausoniam, regnique in parte receptus,
Iura dedit populis, docuitque inuertere glebam,
Et serere in campis frumentum, in collibus vuas:
Cui propter meritum posuit sacra templa vetustas:
A quo mox Latium, & tellus Saturnia dicta est.
Nec non & priscis Fauno regnante Latinis,
Sub duce Tyrrheno Lydorum clara propago
Oenotriam inuadens magna ditione potentem,
Depulsoque Vmbro, victrix consedit Hetruscis
Finibus: & quoniam fuerat gens dedita sacris,
Thuscia nomen habet, quod nullo abolebitur æuo.

Cortonam quamuis veteres posuere Pelasgi
Tempore quo Samson, Alcides viribus alter,
Multa Philistinæ mactauit millia pubis.
Thuscia sit quamuis cultu miranda, Leonis
Clarior est armis, metasque ad littus vtrunque
Extendit, iunctoque dedit sua nomina ponto:
Bissenas caput imperij construxerat vrbes,
Tempore quæ sensim periere, hodieque supersunt
Tres solæ, postquam Troianas diruit arces
Græcia, Phryx exul Albam, serique nepotes
Æternam septem posuere in collibus vrbem.
Regibus expulsis Romana potentia creuit,
A Thuscis fasces, victis, bissexque secures,
Et trabeam, & sellam, Consul Romane, petisti.
Mox domitis Italis, altas Carthaginis arces,
Antiochumque Asiæ regem vicere Quirites.
Germanus, Galluſque ferox, & victus Iberus
Sub iuga colla dedit, Romanaque iura recepit.
Ast vbi Romuleis deuictus paruit orbis
Viribus, in patriæ verterunt viscera ferrum:
Quin vrbes sociæ, renouato milite, bellum
Æneadas contra vario Mauorte pararunt,
Donec Sylla ferox socialia contudit arma,
Et Ponti rege expulso victricibus alis
Lamponium inuasit, Marianaque signa repressit,
Donatisque suis ingenti munere turmis

Dimisit

Dimisit Fesulas vacuas, ac Lydia regna.
Arrheti, Corithique arces concessit habendas
Militibus de se meritis bene; vertice montis
Deserto, iuxta campum Munionis, & Arni,
Qui posuere nouos inter duo flumina muros,
A quo tum primum est sortita Fluentia nomen.
Profusis opibus, patrio de more superbas
In cælum moles primi erexere coloni:
Patricius sanguis; neque enim de plebe fuerunt.
Felici comites Syllæ de marmore templum
Mauorti posuere suo; de Virgine cretus
Nondum siderea CHRISTVS descenderat arce.
Præcessere duo Dictei sæcula Regis
Bissenique anni lucem: qua fornice longo
In mediam nitidos vrbem induxere liquores,
Et Gonfolinas rupes, obiectaque saxa
Fregere, vt recto stagnantes digerat vndas
Gurgite flumigeno in pelagus, siccamque paludem
Frumentoque Arnus felicia linqueret arua.
Pro muris curui constructa est forma theatri,
Antiqua vt durent veterum monumenta parentum.
Horum parua manent vestigia: conterit ætas
Omnia paulatim, vel nullis acta procellis
In sua quæ genuit demittit viscera tempus.
Aurea Phryxei intrabat tunc vellera monstri
Exoriens Titan, Martis genitoris in ædem,

Edificatione di Fioréza, chiamata fluenzia.

Muro-

Murorum primus cum fundamenta colonus
Iecit, & erexit celsas ad sidera turres;
Fiorenza distrutta da'Gotti. *Quas Getica euertit rabies, Lombardus, & Hunnus,*
Cum ferus Ausonias turbauit Alaricus vrbes;
Sæuior, & Totilas dominantis mœnia Romæ
Vertit, & æqua solo prostrauit culmina, cæsis
Ciuibus, & densi texerunt marmora vepres.
Plurima tunc illis ceciderunt oppida bellis
Ausoniæ, Scythico conuulsa Aquileia furore:
Origine di Venez. *Diues, et Altinum, & laceris Concordia muris*
Principium tribuit Venetis, scopulisque remotis
Adriaci sedere maris, tutoque recessu
Securi, terræ sedes posuere perennes;
Siqua potest terræ sedes durare perennis.
Ast vbi bis centum destruit barbarus annos
Funditus euertens Latias Desiderius vrbes,
Bellouagi rectorum populi Pipinius heros
Venit in Italiam, felix ceu numen ab astris
Demissus, sæuosque afflixit cladibus hostes:
Cæpit, & obsesso Papiensia mœnia Rege.
Barbaricamque luem Latijs deleuit ab oris,
Redditaque ablatis libertas tuta tyrannis
Oenotriæ; cultumque Dei sine sorde recepit
Ausonis hæreseos: miro complexus amore
Egregios CAROLVS Romanæ stirpis alumnos
Fouit, & insigni caros celebrauit honore,

Maio-

Maioremque nouis præcinxit mœnibus Vrbem:
Templa reſarciuit veteri decuſſa ruina;
Reginæque poli mirandas condidit ædes:
Ad noua diſperſos reuocauit mœnia ciues:
Quæque ſibi tutas altis in montibus arces
Ob ſubitos Martis caſus, diroſque tyrannos
Fecerat: accerſit pubem: dat munera cunctis.
Et merito: quoniam Lombarda per agmina victrix
Egregiam nauarat opem Syllana iuuentus.
Piſana appulerat magnus vix littora CARLVS,
Cum rerum dominos Lombardos depulit Vrbe,
Tercentumque equites princeps Florentia miſit
Præſidium Francis: quorum ſi geſta requiras,
Bella Sophocleo noſces ſcribenda cothurno:
Qui Mauros Calabrum pepulere è montibus hoſtes
Iidem ceperunt Papientia mœnia primi.
Syllanæ tunc creuit honos, & gloria pubis
Per Latium, priſcoſque animos rediuiua reſumpſit,
Succeſſuque nouum Floris cognomen adepta,
Et vetus amiſit, ſic aucta Fluentia, nomen.
Necnon magnanimo duce ſub Bulione profecta
Florentina phalanx geſſit felicia bella,
Alta Paleſtine tranſcendit Mœnia Sion
Primaq; poſt Regem muris victricia ſigna
Impoſuit, meruitque auratæ dona coronæ,
Cæleſtemque ignem noſtram tranſuexit in ædem:

Se-

Fiorentini inaiuto de Pontefici Romani.

Sepeq; Sarmatici contempſit Cæſaris arma,
Pontificum dum ſacra piorum, araſque tuetur.

Fiorentini vittorioſi contr' Ottone Imperadore, & altri.

Teuthonicis obſeſſa diu Florentia turmis,
Exitium fruſtra minitantem ſpreuit Othonem.
Compulit infectis diſcedere rebus vtrunque.
Sic primum, & pariter Federicum inuicta ſecundum,
Auſoniæ cladem, Thuſcis eiecit ab oris.
Barbarici quotiens tempeſtas horrida Martis
Ingruit Auſonijs nunquam Florentia ceſſit,
Triſtia ſed ventis diſiecit bella ſecundis.
Aſt vbi Syllanos felix concordia ciues
Altius euexit, Feſulæ venere redactæ
Sub iuga, tunc populi creuit numeroſa propago.
Vrbs inimica, potẽs, vicinaque mœnibus olim
Martigenæ, vlterius fines efferre negabat.
Ac veluti quondam veteres auxere Sabini

Fieſole ſoggetta a' Fiorentini Fieſolani ſi riducono al piano.

Sub Tatio Romam: ſic vrbs Feſulana relicto
Vertice victricem tandem migrauit in vrbem.
Tertia maiori ſunt condita mœnia gyro.

Fiorenza accreſciuta di circuito.

Per mediam ſolido mirandis pontibus vrbem

Ponti 4. fatti in Firenze.

Ianigenam è ſaxo iunxerunt quattuor Arnum,
Vt pedibus ciuis, peregrinus, & aduena ſiccis
Tranſmeet, atque omni deducat tempore plauſtra
Verum vbi facta potens, tectiſque ornata ſuperbis
Vrbs, commune malum, irrupit ciuilis Erynnis.

Guelfi, e Ghibell.

Nam Guibellini turbarunt cuncta furores.

Heu

Heu quot marmoreas vertit discordia turres,
Quas vrbe in media primi posuere parentes;
Guelphorum contra pro libertate cohortes
Defendere lares proprios, Romanaque templa;
Pontificesque bonos, edictaq; sacra secuti,
Barbaricas contra sumpserunt arma phalanges,
Inuictosq; duces Latij, Christoq; rebelles.
Tristia Manfredi testantur prælia Regis
Syllanæ quales fuerint tunc stirpis alumni.
Andegauensem Carolum socialibus armis
Iuuerunt profugi, infensus quibus ipse tyrannus
Parthenopes; causa virtutis plurima dona
Promisit victor: quod si superetur, ab illis
In patriam reditus magna cum laude pateret:
Quique prius Cascam stricto mucrone gigantem
Exul in hostili Rhegij transfoderat vrbe,
Ille idem pugnans Manfredi in pectora torsit
Viribus ingentem summis Foresius hastam,
Prostrauitq; ferum repetito vulnere Regem.
Purpureæque Aquilæ victricia signa sacerdos
Donauit Clemens Guelphis, viridemq; Draconem,
Quem rostro, & pedibus victrix euiscerat ales.
Guelphorum quanuis attriuerat Arbia vires,
Cum plebs, inuitis Patribus, temeraria bellum
Ferale excierat patriæ, tamen inclyta virtus
Enituit multis Lombarda per oppida pugnis:

Victrices

Insegna dell'Aquila rossa, cõ Drago verde, nelle branche, Arme di PP. Clemẽte IV. donata da lui a i Capitani di parte Guelfa.

Victrices tandem magna cum laude cohortes
Ad patrias pulsis remearunt hostibus oras:
Sed ne præcipites ageret discordia ciues,
Sanguine ne victrix cognato dextra maderet,
Deduxere feros vicina in bella maniplos;
Arretique duces, Guebellinasq; cateruas,
Verius, & Cursus, Thusci duo fulmina martis,
Delerunt: multo spumauit sanguine torrens,
Et Campaldinum fœdarunt viscera campum.
Ad Florentinos proceres, qua corruit hora,
Detulit extinctum cælestis nuntius hostem.
Verum vbi florentem tantis successibus vrbem
Obliqua inuidia vicinus vidit Hetruscus,
Tunc metus inuasit ne si plus cresceret æquo,
Tunc foret inuictum, tunc formidabile robur,
Arreptis omnis consurgit Hetruria telis;
In Florentinos inopino turbine fertur,
Vallatamque vrget magis clamoribus vrbem.
Fiorentini si difendono dalle forzed'Arrigo Imperatore.
Insuper externis Arrigi Cæsaris armis
Adiuta obsedit muros, & cuspide portas
Pulsauit frustra; nam muro fortior omni
Intus erat pubes duro sub Marte probata:
Instructaque acies purum deducit in æquor,
Audet, & ancipiti pugnam decernere ferro.
Virtuti nunquam potuit vis vlla nocere,
Instent mille licet populi, & discrimina mille.

Omnia

Omnia ciuilis tuto concordia perfert;
Quæ ſine iuſtitia, & ſine relligione, latronum
Factio nec durat, ſæuis obnoxia pœnis.
Dicite Pierides (quis enim ſine numine veſtro
Audeat inuicti percurrere bella Leonis?)
Quot Florentinus cæpit caſtella, quot arces
Expugnarit eques; non fraude, ſed impiger hoſtem
Terribilem inuadit, diſtricto cominus enſe.
Nulli rupta fides populo eſt. hoc iuſtius arma
In turbatrices temerati fœderis vrbes
Induit. hinc crebro arriſit fortuna ſecunda:
Donec erat potior priuatis gloria rebus,
Publica Syllanis meruit victoria caſtris.
Terque rebellantes Volaterras montibus altis
Ter Florentinæ per vim cæpere phalanges:
Auſonijs quanquam nulla vrbs magis ardua terris.
Piſtorij, Arretique arces, vicinaque circum
Oppida victrices expugnauere cohortes.
Verum vbi compoſita poſt bellum pace quieuit
OEnotria, innumeris Martis contrita procellis,
Germani, Gallique equites, ſæuique Britanni
Militiæ aſſueti Latium vexare rapinis:
Conuenere feri flammis, ferroque tremendi
Diripiunt agros: cogunt, mercede ſoluta,
Se redimi Auſonios: indicunt omnibus arma,
Ni magna argenti dederint, aurique talenta:

Fiorentini vittoriosi di più Città, e Fortezze.

Volterra

Et

Et quocunque ruunt, abradunt omnia campis.
Iam cedunt omnes; audet nemo obuius ire
Barbaricis turmis: Florentia sola furores
Ferre negat; mauultque mori, quam vertere terga,
Quam redimi penso crudelibus hostibus auro.
Ergo alacris pubem Florentia ducit in hostem,
Barbaraque expellit Latijs procul agmina terris:
Magnanimi hinc creuit nomen super astra leonis;
Fiorentini vittorioſi de' Piſani. *Piſanosque, olim ponti terræque potentes,*
Quos Ligurum timuere rates, timuere superbi
Visa procul Veneti, Pelopeæ carbasa puppis,
Prostrauit Syllana manus: vinctique catenis
Per latam vecti plaustris stridentibus vrbem,
Dulcia Romuleis spectacla dedere colonis.
Gino Capponi. *Tandem expugnatæ Gino sub Consule Pisæ,*
Altera Carthago, Phrygioque inimica leoni,
Præpollens opibus, quondam regina profundi,
Nunc Florentini reuereturiussa Senatus.
Quicquid agri, quicquid Pisæ olim iuris habebant
Abstulit, & portus Florentia cæpit, & arces:
Hostibus & multas Lucensibus abstulit vrbes,
Quas nebulæ humectant semperlabentibus vndis,
Fiorentini tremēdi a' Luccheſi. *Mutroniſque altam malesano in littore turrim:*
Cinctaque Syllanis castellis Luca tenetur:
Et quæcumque regit, precibus regit, oppida tantum.
Fiorentini tremēdi a' Saneſi. *Vrbs quoque Senarum Thusco malefida leoni,*

In

In Florentinum populum dum concitat hostes
Infensos, dum præbet iter frugesque ministrat,
Arcibus amissis, populo plerumque fugato,
Syllanæ sensit Florentia robora pubis.
Heu heu vicino nihil est damnosius hoste.
Sed timeat diros casus, sortemque sinistram
Qui iurata prior disrumpit fœdera pacis.
Quis fera Bebryaci percurret bella tyranni? Galeazo Visconti.
Qui patruum, licet immitem, socerumque necauit,
Solus vt imperij Lombardi existeret hæres.
Ad quid non cogis regni scelerata libido?
Ingentes cumulauit opes, Lombardaque victor
Oppida cuncta suo imperio subiecit, & acer
Ausoniam inuadit totam, Thuscosque potentes
Expugnat: parent Pisæ, Senæque subactæ;
Paret, & illius deuicta Bononia iussis:
Flaminiæque vrbes omnes, Perusinaque tellus
Iussa facit: contra tantum Syllanus alumnus Guerra de Fiorentini col Duca di Milano
Obuius ire parat, pugnacesque impiger alas
Conducit, cautoque duci rem mandat Acuto,
Vltro animos tollens regni in penetralia transit.
Quid si Bauarius turmam expectasset amicam
Dux, Fabijque astu nostri temerarius vsus
Bebryaci poterat Regis delere cohortes:
Euasit tamen incolumis per mille pericla
Ductor Hetruscorum, licet vnda obstaret, & hostis.

Quid varijs certata odijs, belloque bilustri
Ancipiti totiens percurram prœlia Marte?
Nunquam fida dolis contracta fœdera pace,
Esset vt horrendis pax ipsa nocentior armis.
Propterea fului numerosa pecunia nummi
Tam longo est bello consumpta, vt ditia Crœsi
Crediderim, si plena auro, si maxima, tantis
Sumptibus euacuata forent æraria. ciues
Syllani census pro libertate tuenda
Certatim tribuere suos, Montique dedere
Nomen ab ingesto tractum quæstoribus auro.
Pace sit hoc dictum, populus non promptior alter
Assueuit fisco patrimonia soluere egeno:
Hinc genti inuictæ libertas aurea durat.
Perdidit Hetruscas moriens Galeatius vrbes;
Reddita Pontifici est amissa Bononia; Thuscis
Viribus hoc gestum, Thyrrheni robore Martis.
Ladislao. *Rex quoque Parthenopes Romani Antistitis horror*
Bellaces equitum turmas deduxit in agrum
Syllanum, vt quateret rapidis insultibus vrbem:
Qui Florentini Cortonem tradidit arcem,
Acceptoque auro patrias remeauit in oras.
Lydorum imperium rapturus venerat hostis,
Tyrrhenis auctis opibus discessit amicus.
Bebryaco regno tanti post fata tyranni
Hæres successit patrio terrore Philippus

Fraude

Fraude pari; & nunquã, dum vixit, amicus Hetruſcis:
Opportuna tamen puerilis diſtulit ætas
Bella: ſed vt primum iuuenile, & firmius æuum
Acceſſit, raptis armis, & fœdere rupto,
Piſanum populatur agrum, populique rebellis
Oppida multa capit. ſed Florentina iuuentus
Extorſit citius quam cæperat: vnde repulſus
Accepit binas clades: Toparia turris
Eſt teſtis, multo maduerunt ſanguine campi,
Cunctaque Lombardi ſunt perdita ſigna Philippi.
Palantes iterum, deſolatosque maniplos,
Bebryacoſque duces Thuſco dare terga leoni
Vidit, & ignota fugientem Anglaria vallis
Piccinum, veſte obtectum formidine turpi;
Et dictatores Medicem, Neriumque Caponem
Per medios hoſtes volitantes marte ſecundo.
Interea Arragonum princeps de ſemine regum
Inuadit Latium, Gallis, & rege fugato,
Parthenopes regnum aggreditur, cæciſque cloacis
Militibus miſſis, munitas occupat arces,
Fitque potens Latij, regnoque ſuperbus auito.
Syllanos quoniam Francorum norat amicos,
In Florentinos abruptos fœdere præceps
Fertur, agroſque furens ferro populatur Hetruſcos,
Littoreaſque quatit vanis terroribus vrbes:
Campiliæ tandem profugus diſceſſit ab oris.

Monboyoli, e Torre di S. Romano

Fuga di Niccolò Piccino. Bernardo Medici. Neri Caponi.

Fiorentini fanno fuggire le gẽti Aragoneſi.

Interea magna exoritur mutatio rerum
Ausoniæ, ducis interitu sine prole virili:
Auxit opes Venetus, Lombardi morte Philippi;
Hesperioquè inhians regno, maioribus vrget
Bebryacas, Thusco coniuncto, viribus arces.
Cosimo de' Medici conseruatore della libertà di Firenze. *Prouida magnanimi vetuit sapientia Cosmi*
Augeri Venetos, infectaque fœdera linquens,
Sfortiademque ducem fouit, generumque Philippi
Defendit; firmumque dedit Florentia regnum.
Et merito: non hoc alter præstantior armis
Dux fuit: hic Venetos attriuit sæpe tremendos:
Rem Florentinam fouit; quin fœdere longo
Durat amor: teneat seros ea cura nepotes.
Nec non Romulei victricia signa coloni
Contra prædones, genus intractabile ponto,
Fiorentini vittoriosi de' Genouesi. *Educunt Ligures, arcem portumque Liburni,*
Qui frustra infestis totiens petiere carinis:
Tunc septem plenas robusto milite naues
Ex classe hostili Thuscæ cæpere triremes
Mannello Capitano di Mare. *Sub duce Mannello, Syllanæ stirpis alumno.*
Hæc prius ignoto tractauit prælia ponto
Lydia terrestri Mauorti assueta iuuentus.
Alfonso d' Aragona contro a' Fiorent. *Rex iterum Alphonsus nato sub principe turmas*
Arragonesque equites Lydorum emisit in agrum
Coniunctis Senis, Thuscorum fertur in arces,
Paruaque vix tandem Foiani mœnia cæpit.

Parte

Parte alia Veneti maiori mole premebant
Sfortiadem. Regi Thuſcus, ſibi Gallica credunt
Oppida deberi: fruſtra diuiſit vterque;
Nam ſua Tyrrhenus defendit iura ſenatus.
Hoſtibus expulſis ſubito caſtella recepit.
Franciſci quoque iuuit opes, Venetoſque repreſſit:
Qui poſt Flaminiæ magnis terroribus vrbes,
Conflati memores odij, impleuere, minantes
Marcicolæ cladem, duce ſub Culeone: ſed omnis
Impetus hoſtilis fuit irritus. omnia virtus
Perficit, & cunctis concordia fortior armis.
Conuenere ſimul Venetæ, Thuſcæque cohortes,
Ancipiti ad multam traxerunt prœlia noctem
Euentu, tandem Euganicæ ceſſere phalanges,
Et multo infecti ſpumarunt ſaugine riui,
Euganeas victus Culeo ſeceſſit ad oras.
Depoſitis bellis, populos pax alta regebat
Auſoniæ. ſed nulla diu fortuna ſecunda
Permanet: & requies humanis rebus adempta eſt,
Siue oritur noſtris vitijs, ſeu numinis ira;
Siue quod æthereis ſedes quærenda ſub aſtris
Eſt homini, non hic: nam crebro mobile ſaxum
Regnorumque vices varias Rhamnuſia mutat.
Heu ſacra ciuili maduerunt templa cruore,
Perque vias laceros artus fera turba trahebat
Barbarico de more furens. proh quanta ruinæ

Bartholomeus cognomento Leonis Coleon

Fiorentini vittoriosi de' Veneziani.

Guerra ciuile.

Quantaque cauſa mali Oenotriæ lux extitit illa:
Ferale exoritur magna formidine bellum,
Quod Latij cunctas afflixit cladibus vrbes,
Nullaque peſtiferi caruerunt oppida Martis.
Principium belli Calabrum Mauortius heros
Alfonſo d'Aragona contro a' Fiorentini. *Dux fuit Alphonſus, Ferrandi regia proles,*
In Florentinos equitum qui millia ſeptem
Vrbinique ducem, quo non ſollertior alter
Extitit, atque omnes pugnandi nouerat artes,
Ducit, & immeritis defert incendia tectis,
Oppida barbarico proſternit capta furore,
Sarmaticas renouat ſtrages, vetereſque ruinas
Heſperiæ; ſed non Thuſcis audacia ceſſit
Martigenis: cogunt populum, ſanctumque ſenatum,
Conſulibuſque decem mandantur bella gerenda.
Quos inter primos alacer Laurentius heros
Inſtaurat pugnam: monet, imperat, vrget, & inſtat:
Fiorentini vittoriosi contro Alfonſo d'Aragona. *Et primum applauſit niueis victoria pennis*
Syllanis; captique hoſtes, exutaque caſtra
Sud duce magnanimo Peruſina in valle Roberto.
Sed dum diſiunctæ diuerſa in parte cohortes
Rem, Veneto ſuadente, gerunt: is fœdere iunctus
Tunc erat Hetruſcis, & callidus arte maligna
Promiſſam retrahebat opem, augerique timebat
Lydorum nimis imperium, ſit fortior hoſtis,
Depopulatur agros; Elſæque per oppida victor
Diſcurrit,

Discurrit, Senaſque ferox amplexus amicas
Inuictam ſobolem vicino marte domare
Nititur incaſſum. Thuſcis ſolertia maior
Rebus in aduerſis; & cedere neſcia virtus
Ingentes cogebat opes diſpendere bellis,
Vendere agros, propriaſque ædes, patrimonia tota
Æquo animo ciues pro libertate ferebant.
Nec gens tam crebris fuit vlla aſſueta tributis
Suppetias patriæ afflictæ ſic ferre libenter.
Hinc eſt quod durat ſæuis imperdita bellis.
Maximus interea Troiani nominis vltor
Et Danaum euerſor Turcus prorumpit in oras
Italiæ, Calabrumque agros populatur, Hydruntum
Expugnat: dat cuncta neci, pueroſque ſeneſque
Interimit, ſpumant cæſorum templa cruore.
Horrendos caſus quis lamentabilis vrbis
Explicet? aut tantas percurrat carmine pœnas?
Oppreſſit dirum mors importuna tyrannum,
Chriſticolum cladem, qui iam conceperat omnem
Italiam, & veram Crucifixi perdere legem.
Alphonſus patrias rediit gemebundus ad arces:
Vix tandem extorſit Scythicis erepta colonis
Oppida, munitas Sixti dum circuit arces,
Romanas dum raptat opes, nimiumque ſecundæ
Fidit fortunæ, & confidentiſſimus inſtat,
Amiſſis equitum turmis, ducibuſque peremptis,

Vix patrij ad regni eſt fines dilapſus inermis.
Ferrariam interea Venetæ cinxere triremes,
Eridano vectæ, turrita mole minantes:
Quin loca fulmineus pene inuia cæperat ante
Præmiſſus multa expugnans caſtella Robertus,
Delicias vaſtans, feliceſque Herculis hortos:
Vndique Ferrariam numeroſo milite cingit,
Argentique arcem vaſtis molaribus vrget.
Iamque fames, peſtiſque vrbem, bellumque premebant.

Fiorentini mandono ſoccorſo al Duca di Ferrara.

At Florentinos quanuis penuria frugum
Vrgeat, & longis exhauſta pecunia bellis
Publica, poſſet opem, ſalua pietate, negare:
Præſidium tamen egregium, ſocijſque ſalutem
Miſere, & rictu prædam extorſere Leonis
Alati; retroque abijt conterritus hoſtis:
Qui nondum captæ Prætorem elegerat vrbis.
Extulit inflatas proh tanta inſania mentes?
Sed Deus omnipotens obſiſtit ſæpe ſuperbis.
Bellorum interea magno terrore cis Alpes
Gallia miſcetur; Venetumque per oppida victor
Alphonſus, Thuſcæque alæ, Iuſubrumque cohortes
Diſcurrunt, abigunt prædas ex vbere terra,
Bergameas quatiunt infeſta cuſpide portas;
Nunc luſtrant celeri Veronæ mœnia curſu,
Brixiaque infeſtis equitum circundatur armis;
Et foret Euganici contrita potentia faſtus:

Sed

Sed visum est aliter socio. sim falsus aruspex,
Nequicquam posthac quæret tot commoda pugnæ.
Sic Latij proceres longi post tempora belli
Defessi rerum, quanuis fera semina Martis
Restarent odia, & regni furiosa libido,
Composuere tamen, percusso fœdere, pacem.
Bellorum quanquam tempestas horrida campos
Immerito primum Syllanos fregit, & ensis
Arragonum Hetruscas nimium desæuit in vrbes,
Non tamen inuictis animis audacia cessit.
Dedecus illatæ falso per crimina culpæ
Vlciscì cupiens, Florentia protinus arma
Expedit in Ligures, vt famam laude resumat:
Ingenium, viresque suas non esse peremptas
Nosceret Ausonia, & Ligurum gens aspera bello,
Et Florentinis infida inimicaque semper
Lydia Tyrrheni sentiret tela leonis,
Quidue pij Medicis posset prudentia velox. Lorenzo Medici.
Ergo alacres Thusci iustam inflammantur in iram: Fiorentini vittoriosi contro a i Genouesi per terra.
Quidquid agri citra est saxosæ flumina Macræ
Diripiunt, Ligurum funduntque fugantque pauentes.
Quæ tanta insedit stolidæ iactantia menti,
Vt de Syllana posuissent pignora clade
Plurima, marmoreasque arces, turresque Liburni
Se se iactarent spatio expugnare bimestri?
Vane Ligur, frustra iactasti: perdis vtrunque:

Nam

Nam Petreſanctæ pulcram tibi ſuſtulit vrbem
Florentinus eques: defendit littoris arces:
Piero Vettori l'Antico. *Victoriuſque Petrus biſſeno milite tantum*
Finalem innumero Ligurum ſeruauit ab hoſte:
Tu claſſe ad patrias remeaſti inglorius oras,
Qui maris imperium, & ponti tibi ſumis honores.
Nec mora longa fuit: media de pace repente
In Sarzanelli magnis terroribus arcem
Fertur, & infeſto Ligurum gens agmine cinxit.
Noctes atque dies vaſtis molaribus inſtat;
Puluere ſulphureo fruſtra ſubuertere molem
Nititur. intus erat generoſæ ſtirpis alumnus,
Inuictique duces ſtabant pro turribus altis,
Et ſua fulmineis obiectant pectora bombis;
Donec præſidium, inſtructiſque exercitus armis
Syllanus Genuæ numeroſum ſterneret agmen.
Mox ipſam aggreſſus telis vltricibus vrbem
Expugnat Medices, quam fraude receperat hoſtis,
Non bello aſſuetus iuſto, ſed ducere prædas
Ex ſocijs: quæ tuta tibi pax extitit vſquam?
Inſidijs tutus cum ſis, cui fidus amicus
Eſſe potes? nullum ſine pœna linquit inultum
Terribilis Deus. eſt abrupti fœderis vltor.
Promptius ætherei percurram nomina cæli,
Quam Genuam inſtabilem quotiens vexarit Erinnys
Ciuilis, ſæuis quotiens famulata tyrannis,

Prodidit

Prodidit externis patriæ pereuntis habenas.
Nec mirum: in promptu ratio: cui dulcius aurum
Quam sit libertas. mauult deperdere iura
Publica, quam proprij decrescat copia census.
Ingeniosa tamen gens est, opibusque tremenda:
Oceanumque audax olim penetrauit vtrunque.
Quæ Ligurum classi non paruit insula quondam?
Quas non littoreas victrix conterruit arces?
Oppidaque ad gelidam erexit trans Bosphoron Arcton,
Innumerisque locis posuit vexilla Georgi?
Nulla diu merito, nisi iusta, potentia longa est.
Non aliam ob causam magni creuere Quirites.
Iustitiæ venerandus amor, cultusque Deorum,
Paucorumque ducum virtus seruauit & auxit
Romanum imperium; donec discordia demens
Illud idem summo de culmine vertit ad imum.
At nunc insignes simili virtute nepotes
Vrbem Syllani ex parua fecere potentem,
Non tantum belli studio, sed Palladis arte.
Et durabit honos longe, si rexerit vrbem
Iustitia, & veræ felix concordia pacis.
Egressi sedenim primæ compendia metæ,
Sudantes soluamus equos; libroque sequenti
Egregios ciues, Phœbo dictante, canemus.

VGO-

VGOLINI VERINI
POETAE FLORENTINI
De illustratione Vrbis FLORENTIÆ.

LIBER SECVNDVS.

TYRRHENI postquam victricia bella leonis
Præstrinxi, et breuiter tetigi vestigia rerum,
Excquar illustres populi Florentis alumnos:
Inclyta quot, quantisque viris, quibus artibus, & quo
Tempore floruerit. neque enim fœcundior vlla
Vrbs fuit ingenijs claris, studioque Mineruæ.
Romanæ merito antistes Bonifacius vrbis,
Cum Florentinos diuersis partibus orbis
Vidisset Romæ, regum mandata ferentes,
Terrarum semen tum quinta elementa vocauit.
Adsis Diua mihi supremi gloria cæli,
Et Virgo, et Genetrix CHRISTI. Vos numina vatum
Dicite Pegasides, ne nomina subruat ætas
Ventura, & seri vt possint meminisse nepotes:
Qui fuerint clari, vestrum est donare perenni
Laude viros; quicunque sui fecere merendo

Fiorentini chiamati da Bonifazio PP. seme della terra, e quinto elemento.

Ven-

Venturos memores. Noſtræ Zenobius vrbis
Antiſtes, ciuiſque fuit, quo tempore magnus
Ambroſius rabidos Chriſti diſiecerat hoſtes:
Cui fulſit ſincera fides errore fugato:
Paſtor vterque bonus commiſſum pauit ouile.
Tunc Damaſus ſummus Tarpeia in rupe ſacerdos
Illum, oratorem Byzanti miſit ad arcem
Pro rebus magnis. nam Conſtantinus ad oras
Tranſtulerat Graias priſcorum iura Quiritum,
Eloquio inſignem: nam linguæ vtriuſque peritum.
Sancti illi mores, & cunctis cognita virtus,
Qua vel Tartareis animas reuocabat ab vndis
Ad ſuperas auras, & morbos voce fugabat.
Talis erat noſtræ paſtor Zenobius vrbis:
Occultas cuius meritis Florentia fraudes
Cauit, & inſidias cæcis erepta periclis.
Temporibus noſtris Antonius, alter Aquinas
Moribus, exemplo, ſcripto, Thomaſus habetur:
Infectos Cleri mores correxit, & vrbis;
Commiſſumque vigil paſtor defendit ouile,
Ne lupus iſidijs caperet; vel, vt improbus hoſtis,
Incuſtoditas pecudes laceraret; & omni
Arte gregem morbo incolumem ſeruauit ab omni.
Antoni, venerande pater, quo carmine laudes
Percurram? meritas tibi quas Florentia grates
Exoluat? tu, ſiderei nunc incola cæli,

S. Zanobi V. di Firēze.

S. Antonino A. V. Fiorent.

Adſis,

Adſis, & patriæ tolle impia ſemina belli:
Tolle famem, & peſtem, & quicquid mortalis egeſtas
Suſtinet, vt vigeat mens recta in corpore ſano.

S. Andrea Corſini.

Nec non Andreas Corſinus origine clara,
Clarior at longe Carmeli cultor eremi
Antiquos ſuperauit auos: Chriſtoque iubente
Proditus è ſiluis Feſulanam paſtor ad ædem
Protrahitur, vitæ quoniam mortalis honores
Spreuerat: hic populos verbis, & rebus honeſtis
Erudijt, primum faciens quæ lingua docebat.
Plus probitas morum ſuadet, quam lingua diſerta.
Tam ſancti primo memorantur tempore mores,
Cum feruerct adhuc, Chriſti calefacta cruore,
Mens Patrum, nec adhuc Eccleſia noſceret aurum.

B. Filippo Benizi.

Benitij inſignis perhibetur fama Philippi,
Seruorum ſacram coluit qui Virginis ædem,
Quo nullum in toto delubrum eſt ſanctius orbe.
Cernuntur pictis vota exaudita figuris
Ex auro, argento. sed plurima cerea ſigna:
Hic primus ſacros templo quæſiuit honores.

B. Giou: Domenic.

Nec te Dominicæ ſectæ memorande Iohannes
Prætcream; ſedenim maiori carmine dignus:
Norma pudicitiæ, ſanctorum gloria morum,
Doctrinæ ſplendor, ſummus tibi credidit vni
Antiſtes Clerum, Chriſti cum ſcinderet aram
Pontificum impietas: per te concordia tandem

Concilio

Concilio decreta, Patrem consensit in vnum.
Quin insigne decus populi Catherina Senensis
Est Benincasæ Syllano è semine creta.
Huius si vitam cælestem, & gesta referrem.
Quantaque Seraphicæ miracula virginis extent,
Carmina doctiloqui vix essent digna Maronis.
Villanæ sacros mores quæ nesciat ætas?
Stradensi de stirpe fuit; quæ voce fugabat
Letiferos morbos: tanta pietate refulsit,
Vt Christi causa miseris donaret egenis
Cuncta libens, fieret superis vt diues in astris.
Nobilitate potens, opibus quoq; circula virgo
Æmiliana fuit, sed longe clarior ipsis
Moribus; & nulli vitæ probitate secunda.
Iulia Certaldi decus est, & gloria, cuius
Gesta legat quisquis, fieri vult incola Cœli
Si nunc virgineos vellem percurrere cœtus,
Angelicosque choros, degunt qui cælibe vita
In terris, quorum precibus Florentia tuta est,
Desereret me longa dies: ergo illa relinquens,
Iam propero ad nostros cursim descendere vates.
Non me fallit amor patriæ. monumenta supersunt
Plurima, quis doctas etiam irritemus Athenas,
Sint licet insignes Musis, & Apolline Thebæ,
Pierioque viros doctæ pauere sorores
Vertice Castalio, Siculique per ora poetæ,

S. Caterina da Siena.

B. Villana Stradi.

B. Emiliana de' Cerchi.

B. Giulia da Certaldo.

Non

Claudiano poeta.

Non tamen inferior Syllani eſt gloria Phœbi,
Qui Stilicona ducem cecinit, Geticoſque furores,
Perſephoneſque thoros, dulceſque Cupidinis arcus.
Hunc Florentino Memphis de patre creauit
Exul auus Thuſcis, Nili ſeceſſit ad vrbes,
Quum ſenior Latias regeret Theodoſius oras.
Verum vbi barbaricæ Laurentia regna phalanges
Euertere, bonæ perierunt funditus artes:
Deſerta Auſonia extremos petiere receſſus
Siluarum, tacitæque antris latuere camenæ.
Tandem vbi ſæua lues bellorum, & barbara proles
Depulſa eſt Latijs ceruicibus, & ſua priſcis
Reddita libertas tranquilla pace Latinis,
Paulatim rediere artes, ſiluiſque relictis
In latium ſacræ rurſus rediere camenæ;
Romanæque nitor linguæ, quia perditus omnis
Tunc fuit: erudijt Thuſco pede docta Thalia
Pegaſeos vates rhythmis, moduliſque canoris:
Æquarunt veteres patrio ſermone poetas:
Quos Florentinus longe ſupereminet omnes

Dante poeta.

Gloria Muſarum, Dantes; nec cedit Homero;
Par quoque Virgilio: doctrina vincit vtrunque.

Franceſco Petrarcha poeta.

Nemo ſatis poterit terſum laudare Petrarcam,
Hetruſci decus eloquij; nulliſque priorum
Inferior fuit Auſonijs, Graijſque poetis.
Non indignetur ſibi Pindarus, & ſibi Flaccus

Illum

Illum conferri, paribusque incedere donis.
Multa quoq; & prosa, & magnæ Carthaginis arma
Romano cecinit Tyrrhenus carmine vates.
Nec minor est salibus Plauti, similisque Menandro
Boccacius, teneros docte qui lusit amores: Gio: Boccaccio Poeta.
Quæcunque Ascræus veterum miracula vatum
Scripserat, explicuit. montes, fluuiosque, lacusque,
Nympharumque domos, fontes expressit opacos.
Fatius Hetrusco est insignis carmine vates, Fatio Vberti.
Fatius Vbertæ non vltima gloria gentis.
Ipse Caualcantum Guido de stirpe vetusta, Guido Caualcanti Poeta.
Doctrina egregius numeris digessit Hetruscis
Pindarico versus, teneroque Cupidinis arcus.
Franciscus patrio cantauit Nerius ore M. Frãcesco di Neri Barberini Dottore e Poeta.
Zenobium Stratam mors importuna peremit. Zanobia Strata.
Ingenij monumenta tamen sua carmina restant.
Si non eloquio, grauitate Coluccius omnes Coluccio Salutati.
Exuperat; cuius, ceu fulmina, dicta tyrannus
Bebryacus timuit: tantum terroris habebant.
Intactum nec te nostro, Brunette, relinquam Brunetto Latini Poeta.
Carmine, letheis quanquam Thestiurus ab vndis
Te tuus eripuit; longumq; caneris in æuum:
Barbariem veterem, te rhetore, Thusca iuuentus
Exuit; & linguæ paulatim sermo Latinæ
Cultior eluxit, priscumque recepit honorem:
Nam de fonte tuo mansuras ebibit vndas

Dantes, & Guido prædocto carmine vates
Pimpleas potauit aquas de fonte Latino
Leonardo Bruni Aretino. *Historias Brunus scripsit Leonardus Hetruscas,*
A primo exorsus longissima tempora muro,
Complexus miro candore, vt Iuuius alter
Credatur, magni Ciceronis, & æmulus vnus
Ornauit vario lectissima verba colore:
Reddidit eloquium antiquum, priscunq; nitorem:
Composuit Gothicas cædes, & Punica primi
Prœlia terroris scripsit: qualisq; Pelasgis
Noscitur, Ausonijs talem, cunctisque Latinis
Vertit Aristotelem. Thusci quoque gesta leonis
M. Poggio *Poggius explicuit, nulli splendore secundus*
Eloquij: nimis ah rabidas exarsit in iras.
Barbara traduxit veterum miracula Regum:
Quin etiam, sollers, Germanis eruit antris
In Latium altiloqui diuina volumina Sili:
Integer illius nobis virtute relatus
In lucem est Fabius, nostro qui tempore longum
Exul, & ignotus peregrinis torpuit oris.
Giannozzo Manetti *Est quoque Iannocti celeberrima fama trilinguis,*
Plurimaque Hebræo de fonte volumina vertit
In Latium, & nostris dedit hæc noscenda Manettus.
Lapo da Castiglionchio il vecchio. *Te, Lape, mors iuuenem nimis inuidiosa peremit:*
Ingenij sed multa tui monumenta supersunt.
Te pariter iuuenem tetricæ rapuere sorores;

Æquasses

Æquasses priscos, Alli Peregrine, poetas.
Nec Nautæ cedit, terso nec vate Tibullo
Est Titus inferior, generosæ stirpis alumnus.
Quid faciam? nostri reticebo nomina sęcli,
Quos vehit ad superos Cirrhæi laurea Phœbi?
Si taceam, ne liuor edax, communis Erinnys
Doctorum, inficiat vereor mea pectora tabo;
Blandus adulator, contra, si scripsero, dicar.
Nil moror hæc. scribam, modo carmen dexter Apollo
Dictet, & Aoniæ veniant ad vota puellæ:
Nec tacuit Cicero sua tempora: protulit omnes
Eloquio insignes, tribuens sua nomina famæ.
Quo Landine tuas percurram carmine laudes,
Præceptor venerande? tuo de fonte liquores
Ebibit Aonios omnis Syllana iuuentus.
In lucem per te Ciceronis secula rursus
Nunc redeunt: tersum videas si pubis Hetruscæ
Eloquium, numerisue velis, seu scribere prosa,
Clara oratoris nosces, & signa poetæ.
Insignis rhetor lingua Landine canora;
Tu vates pariter lyciros, elegosque sonantes
Fingis, & enodas ob scura ænigmata Dantis.
Ah nimis ingenio fretus, longique laboris
Pertæsus limæ, non omnia possumus omnes.
Scala quoque historias, & Lydia gesta leonis
Explicat Hetrusci; naturæque abdita versu

Pellegrino degl'Agli.

Cristofano Landini. Dottore, e Poeta; Secret. della Republ. Fior. Comētat. di Dante, e d'altri, e precettor dell'Autore.

Scala Istorico.

Aggreditur vates docti de more Lucreti.
Iudicio nostro tua cedit epistola nulli
Eloquio complexa breui quodcunque volebas.

Marsilio Ficino.

Necnon Marsilius magno celebrandus honore est,
Per quem nunc Itali doctum nouere Platona;
Traduxitque etiam Plotinum: & dogmata Christi
Expressit, quæ vera fides, quis cultus habendus.
Quis scripto, quis te Donate desertior ore

Donato Acciaiuoli.

Accarole fuit? quamquam tua clara propago est,
Tu tamen huic veros cumulasti laudis honores:
Et nunc insignes ex isto sanguine surgunt
Eloquio iuuenes Graio, pariterque Latino:
Qui Niciæ, & Crassi traduxit gesta Latinis,
Certaque Plutarchi tristis solatia luctus:
Qui quoque Apollonium, totum qui circuit orbem,
Conuertit nobis: longum volitabit in æuum.

Agniolo Politiano.

Politianus, honor Musarum, vertit Homerum,
Et nostris iam nota viris est Ilias omnis.
Ambra, sui Laurentis opus, pulcherrima monstrat
Quale sit ingenium, primo quam proximus hæret,
Complexus qui pene omnes, multiscius, artes;
Ambiguum nostro, Graione desertior ore.

Fontio Rettore.

Fontius est rhetor, pubis moderator Hetruscæ,
Iudicio, & nulli morum probitate secundus.
Notus, & est elegis Naldus: quin inclyta Cosmi

Naldo Corsini.

Altiloquo cecinit Corsinus gesta cothurno.

Tran-

Transieram imprudens Leonardi carmina Dati, Lionardo Dati.
Qui pede Romano, numerisque ligauit Hetruscis
Heroas, lyricosque modos sub pondere rerum,
Dum sacra Pontificis tractat mysteria Pauli.
Sanguine quin frater Leonardi Gorus, & arte Goro Dati.
Littoreas cecinit Tyrrhenis versibus oras,
Portus, atque sinus, elementa, & sidera cæli.
Carmineque Hetrusco pinxit Berigherius orbem, Beringhieri Pœta.
Versibus alternis tersi de more Petrarcæ;
Pondere sub tanto rerum sic lusit amores,
Inserta vt teneris insit prudentia chartis;
Carminaque ad seros sint peruentura nepotes,
Si non pertæsum limæ, si vita superstes.
Tu quoque Palmeri, quanquam te cæperit error Matteo Palmieri.
Spirituum, haud paruo tamen es celebrandus honore:
Laurentumque tuum, rerum graue, sed rude carmen. Lorenzo de'Medici
Carminibus patrijs notissima Pulcia proles: Luigi Pulci.
Quis non hanc vrbem Musarum dicat amicam,
Si tres producat fratres domus vna poetas?
Quid referam nati Michælis funus acerbum? Michel Verini.
Extat opus; prohibetque pudor narrare quid ille
Scripserit. ingenij testes sua districta restant; Districha
Quæ, sensa ostendunt angustis grandia gyris.
Discipulique mei Criniti carmina Petri Pietro Crinito.
Æternum viuent, lyricos imitantia vates:
Alcæum, & Flaccum dicet, qui legerit ista:

Ah nimium ante diem vndecima trieteride raptus.
Multaque prætereo surgentia nomina vatum,
Quos inter claros æuo ventura sequenti
Posteritas magno decorabit honore poetas.
Dic mihi Musa viros Syllanæ stirpis alumnos,
Qui sacras leges enodauere Quiritum.
Hoc quoque nos alias Italum superauimus vrbes.
M. Accursio. *Iurisconsultos interpres Acursius omnes*
Excellit, breuibusque notis ænigmata legum
Exposuit. nullusque error reperitur in illis.
Dino del Garbo I.C. *Ingenioque pari Dinus successit, & illi*
M. Cino da Pist. I.C. *Æmulus. huic Cinus; quem Thusco carmine vatem*
Fecit amor clarum, non sola peritia legum.
Quique binomen habet; qui sacri ænigmata Iuris,
Pontificumque suis patefecit dogmata verbis:
Non illi, vt quidam sanxere, Bononia mater
Extitit: hunc Florentini genuere parentes.
M. Lorenzo Ridolfi *Diuini interpres Iuris Laurentius omnes*
Doctrina, & morum superat bonitate Ridolphus,
Inter primores longe clarissimus vrbis.
M. Filippo Corsini *Est Corsina domus non vno interprete Iuri?*
Insignis; doctique oxtant responsa Philippi.
Sed quis præstringet breuibus tot nomina verbis,
Quæ sunt in pretio? spatijs excluſus iniquis
Prætereo, quorum durabit fama perennis.
Verum age nunc medica referamus Apollinis arte
Egregios,

Egregios, quos pulchra tulit Florentia ciues.
Ante omnes Trusianus adest, Valoria proles, M. Trusiano Valori.
Qui veteres quicquid medici scripsere Pelasgi
Exponit, miro prestringens omnia nexu:
Florentes postquam Medicinæ tradidit annos,
Fortis athleta Dei senior secessit in antrum
Carthusium, vt partem meliorem redderet astris.
Nec dubitem cunctis Dinum compone Graijs, M. Dino del Garbo.
Cui Garbo cognomen erat; nec filius vlli
Doctrina ingenioque minor Thomasus habetur. Tõmaso del Garb.
Et quoque Thadæi celeberrima fama; nec alter Taddeo Medico.
Forsitan in medica reperitur ditior arte.
Quid Paulum memorem? terram qui norat, & astra, Paolo del Garb.
Qui Perspectiuæ libros descripsit, & arte
Egregius medica multos à morte reduxit.
Niccolus explicuit Medicinæ grande volumen. Niccolò Medico,
Nec minor Euclide est Albertus: vincit & ipsum Leon Batista Alberti.
Vitruuium. quisquis celsas attollere moles
Affectat, nostri relegat monumenta Baptistæ.
Clarus, & astronomus Guido de stirpe Bonatti. Guido Bonatti.
Paulus, & astronomus; Paulus geometer, & idem Paolo Astrologo, e Geometra.
Philosophus; nouitque omnes doctissimus artes.
Vincit arithmeticis Nilum Florentia chartis;
Assyriæque caput Babylon iam cessit Hetruscis.
Thuscus ab extremo numerorum Gange figuras
Accepit, velox qui computat omnia signis.

Quisquis Arithmetricæ rationem discere, & artem
Benedetto Arimetico *Vult, Benedicte, tuos libros, chartasque reuoluat,*
Possit vt exiguis numeris comprendere arenam
Littoris, & fluctus omnes numerare marinos.
Pythagorea domus Thuscam migrauit in vrbem:
Hanc primum tenero edidicit sub flore iuuentus,
Innatamque putes Tyrrhenis cælitus artem.
Sed iam festinat maiora ad carmina Phœbus.
Fert animus numerare viros, quos gloria Martis
Sustulit in cœlum, Syllana ex stirpe creatos.
Vt fuit Assaracæ prolis Mauortius heros
Auctor, & æternam fundauit Romulus vrbem:
Sic imitata suos generosa propago parentes,
Felici posuit florentes omine muros,
Cum Mars ætherei peragraret culmina cæli.
Nec procul à primis erexit mœnibus ædem
Chiesa di S. Gio: Batis. già Tempio di Marte. *Mauorti, quæ post cessit sacrata Ioanni.*
Magnus amor patriæ, libertatisque cupido,
Et belli virtus, paruoque assueta iuuentus
Syllanam incolumem tantis terroribus vrbem
Seruauit, Latium raperet dum Barbarus hostis,
Multa sed ad seros non peruenere nepotes
Nomina, quæ fuso laudem peperere cruore:
Tanta fuit prisci proauorum inscitia secli.
Farinata Vberti. *At quis magnanimum Farinatam nescit Vbertum,*
Nulli consilio, & belli virtute secundum:

Qui

Qui licet in patriam Manfredi verterit arma,
Teuthonicaſque acies vrbi direxerit exul,
Auſpicio cuius violentior Arbia fluxit Rotta di Monte aperto.
Sanguine Syllano, caſuram interritus vrbem
Ille tamen ſolus crudeli extorſit ab hoſte.
Treſque Geraldina fratres de gente vetuſta Giraldi fratelli.
Heu dulci patria pulſi ciuilibus armis,
Terrarum extremos profugi petiere Britannos.
Sed ſtat nulla diu virtus incognita: poſtquam
Rex, belli expertos Thuſcos cognouit, & aſtum,
Tradidit his regimen Martis, rerumque magiſtros
Præfecit, quorum deuicta Hybernia ductu eſt.
Illos occiduis dominos Rex fecit in oris
Mauritij: fratrum durant huc vſque nepotes. Mauritio.
Cum vero in populum temeraria cæpta Senenſem,
Inuitis Patribus, plebs Florentina moueret,
Magnanimi ab fruſtra renuit ſententia Cæſi,
Cum capitale foret diris obſiſtere cæptis.
Aldobrandus eques, qui quondam fuderat hoſtem, Aldobrando Caualieri.
Inſanam prudens plebem retrahebat ab armis.
Quis rabidi poterit populi ſedare furorem?
Duxit & inſignes crudeli ex hoſte triumphos.
Gloria Folcorum Federicus, & impiger Vgo Federigo Vgo, e
Pannonij Regis turmas ductauit equeſtres:
Pluraque Turcarum cæpit caſtella Monaldus. Monaldo Folchi. Vieri Cerchi.
Circulus hoſtiles diſrupit Verius alas,

Dulciaq;

Corso Donati.

Dulciaque obiecit lethali pignora Marti:
Donatusque ferox transuerso milite Cursus
Multa Gebellinæ contriuit millia pubis.

Niccolò Acciaiuoli fondò la Certosa.

Acciarole, tuas laudes quæ nesciet ætas?
Imperio cuius turmas Rex credidit omnes.
Parthenopes, Danaumque arces, veteresque Mycenas
Rexisti, & patrijs non longe à mœnibus ædes
Templaque Certosæ miræ spectacula molis,
Fundastique tuæ pietatis signa perennis.

Giannozo Saluiati.

Saluiatumque decus Cyprias Iannoctius oras
Rexit; adhuc de stirpe nepos ditissimus illic
Iugera magna soli, multas quoque possidet arces.

Esaù Buondelmonti.

Quin Bondelmontes Esaus dux rexit Achæos.

Gino Capponi.

Qualis belligeri fuerit prudentia Gini,
Testantur captæ Tyrrheno in littore Pisæ.

Filius haud impar bellorum laude parenti

Neri Capponi.

Insignis Nerius, magnorum fama Caponum
Bebryacas turmas deleuit Marte secundo.

Est quoque Syllanus materno sanguine ciuis

Federigo Duca di Vrbino.

Vrbini princeps Federicus gloria Martis.

At Medicum proles belloque togaque canenda est:
Diuitijs Crassos æquans, grauitate Catones,
Relligione Numam: Fabio nec cautio maior,
Quam fuerit velox rerum prudentia Cosmo:

Cosimo Medici.

Impiger obsessam Medices Siluester in arcem

Salueſtro Medici.

Irruit, & sæuos à muris reppulit hostes.

Nunc

Nunc age magnanimi dic inclyta gesta Philippi, Filippo Scolari.
Dic mihi, Musa, ducis pugnas, claroſque triumphos;
Qui Marios, Syllamque æquat, magnoſque Camillos.
Terdecies victor collatis æquore ſignis
Pannonio innumeras peditumque, equitumq; cateruas,
Sarmaticaſque acies, Turcarumque agmina fregit;
Maumettique luem longe diſiecit ab Iſtro:
Cuius Hyperborei trepidant, Dacique feroces
Nomen adhuc: horrentque iterum tentare periclum.
Poſt mortem, tanquam viuentem, barbarus hoſtis
Horrebat; tantum terrebat fama Philippi.
Cautior hoc nullus, nec fortunatior alter
Extitit: huius enim meruit Victoria caſtris,
Et nuſquam ſorti felici induſtria ceſſit.
Doctrina, & patriæ inſignis pietate Iohannes Giouanni Ricci.
Riccius, hoſtili extinctus legatus in arce eſt:
Quod contra dirum pro libertate tyrannum
Syllanum hortatus fuerat capere arma Senatum.
A teneris annis olim Tyrrhena iuuentus
Ferre niuem, & glaciem, & ſub dio carpere ſomnos
Sueuerat impubes malas, & caſſide cunas
Vrgebat: tunc creuit honos, & fama leonis
Syllani: tunc caſta Venus, tunc ſobria menſa:
Pellibus inuerſis patrio de rure Lacenæ
Veſtis erat. non externis aduecta Britannis
Lana erat in pretio; non concha, aut coccus in vſu:

Tales

Tales tunc felix habuit Florentia mores:
Fœdere coniunctis manſit fida, hoſtibus acris.
Vnum de multis præſtringam exemplar auorum.
Cum Maumetanas acies Balearibus vndis
Pelleret Alpheus populus, Syllanus ab hoſte
Lucenſi ereptam Piſanis reddidit vrbem.
Florentinus eques ſociæ pro mœnibus vrbis
Stabat ſub diuo, nec portam intrabat amicam.
Immemor edicti Piſas penetrauerat vnus,
Corripitur ſubito, quanquam prohibente ſenatu
Piſano, & ramis ſuſpenditur arboris altæ.
Aſt vbi creuit amor nummi, ſolertia creuit.
Segnitiem, crebris exhauſta pecunia bellis,
Et cunctis innatus amor, prohibebat, habendi:
Impiger hinc omnis Thuſcus diſcurrit in oras;
Ingenio, non fraude potens, mercator eoas
Occiduis merces, Thuſcaſque exportat eois.
Creuere hinc cenſus, & rerum copia maior:
Solertem, & vigilem nunquam fortuna fefellit.
Florida ſic facta eſt longe Florentia rerum,
Et fauſto verum ſortita eſt omine nomen,
Giglio bianco inſegna di Firenze. *Candidaque impoſuit Syllanis lilia ſignis,*
Erexitque crucis populus vexilla rubentis,
Croce roſsa inſegna del popolo Fiorent. *Qua genus humanum eſt æterna à morte redemptum,*
Quam timet horrendi Styx formidabilis Orci.
Bellua nec caueis ſolum nutritur Hetruſcis

Hor-

Horrida, quin portis torui ſtant ſigna Leonis, Lione ſegno di Firenze.
Cætera cui tauquam parent animalia Regi.
Præterea, primo qui Chriſto proximus hæret
In ſolio, quo non hominum præſtantior alter, S. Gio: Batiſta eletto per patrone de' Fiorentini.
Teſte Deo, maiorque fuit, coluere Iohannem,
Æternæque vbi magnum elegere patronum:
Cuius feſta dies populis quoque ſacra prophanis,
Perque oras omnes miro celebratur honore.
Publica libertas, modo viuat criminis expers,
Sub tanto ſemper ſtabit ſecura patrono.
Quid tibi Cecropiæ Syllanos Palladis arte
Egregios memorem? Ioctus reuocauit ab Orco Giotto pittore.
Picturam. Gaddus tribuit ſua nomina proli
Clarus vt æterno Fabius cognomine Pictor: Gaddo Gaddi pittore.
Extant plura huius templa exornata figuris.
Spirantes tabulas tanta nunc arte Philippus Filippo.
Excolit, vt Cous redijſſe putetur Apelles;
Graiorum nullo inferior, nulloque Latino:
Et forſan ſuperat Leonardus Vincius omnes; Lionardo da Vinci pittore.
Tollere de tabula dextram ſed neſcit, & inſtar
Protogenis multis vix vnam perficit annis.
At contra celeri pingendi gloria dextra
Reddidit inſignes Ghirlando nomine fratres. Grillãdai pittori.
Nec Zeuxi inferior pictura Sander habetur, Sãdro del Grillandaio.
Ille licet volucres pictis deluſerit vuis.
Nec Pulli fratres ornandi laude minore. Pollaiuoli pittori.

Cla-

Antonio fonditore.
Clarior at fuſo longe eſt Antonius ære.

Gherardo Muſaico introdotto da'Grillãdai in Firenze.
Multiplici ingenio pictor Gerardus, & idem
Primus Hetruſcorum docuit fabricare recocto
De vitro, viuiſque animare Aſarota figuris.

Verrochio pittore.
Nec tibi Lyſippe eſt Thuſcus Verrochius impar,
A quo quicquid habent pictores, fonte biberunt:
Diſcipulos pene edocuit Verrochius omnes,
Quorum nunc volitat Tyrrhena per oppida nomen.

Pietro Perugino pittore.
Tu quoque Apelleos noſti Peruſine colores
Fingere, & in tabulis viuos oſtendere vultus.

Donato, ò Donatello ſcultore. Deſiderio da Settig. ſcultore.
Spiret ebur Phidiæ, pariterque loquentia ſaxa,
Si tamen Hetruſci cernas ſpirantia ſigna
Donati, cui des, ignores præmia palmæ.
Praxiteli Deſiderius non cedit: at illum
Improba florentem ab primis mors abſtulit annis.

Lorenzo Ghiberti ſcultore delle porte di bronzo di San Giouãni.
Spirantes poſtes, orbis ſpectacula rara,
Quæ ſunt angelici circum delubra Iohannis,
Nemo ſatis ſpectare poteſt; ex ære rigenti
Syllani ſcultoris opus; veterumq; Pelaſgum
Ad Florentinos fingendi gloria ceſſit.

Filippo Brunelleſchi Architett. della Cupola.
Virginei cernas ſi ſaxa Liguſtica templi
Et varie pulchro depicta emblemata nexu,
Iam Mauſolei poteris meminiſſe ſepulchri,
Signaq; marmoreæ ſtupidus miraberis arcis.
Nunquid dædalea mirabilis arte Philippus;
Cuius tam vaſtus templi ſupra æthera fornix

Surgit

Surgit opus: quod iure potes ſuper omnia ferre,
Si ſeptem vel plura licet miracula ponas?
Quisquis florentem accedit peregrinus in vrbem,
Marmoreas ædes, & templa minantia cælo Bellezza di Firēze.
Suſpicit attonitus: toto formoſius orbe
Eſſe nihil iurat. quid lata palatia dicam?
Quid colle in læuo ſurgentes ad ſidera molem
Quadrato ex ſaxo, totam quæ deſpicit vrbem?
Quid memorem ſtrataſque vias, lateque patentes,
Vt nunquam in pluuia cœnum, nec puluis in æſtu
Tardet iter? ſordet nunquam deformis aluta. Tēpio di S. Spirito, e di S. Lorenzo Architett. del Brunelleſchi.
Quid delubra canam, ſublimibus alta columnis,
Spirituæque ædis molem, & Laurentia templa,
Quæ Medices fecere pij; & cœnobia Marci,
Muſarum ſedes? vbi tot congeſta librorum
Millia, quæ Graij, & ſacri ſcripſere Quirites;
Diuinæ vt merito doctrinæ archiuia credas: Conuento di S. Marco da'Medici.
Vrbis & in medio magnis nunc regia ſaxis
Fit moles; Strozæ monumenta æterna Philippi. Palazzo di Filippo Strozzi.
Quid referam magni miranda palatia Coſmæ? Palazzo de'Medici Vialarga.
Quid tibi quatternos tam grandi fornice pontes, Quattro Ponti del fiume Arno.
Qua mediam labens vrbem ſecat Arnus, & vndam
Egerit in pelagus Tyrrhenum? pulchior vrbe eſt,
Quæ circum late ſaxis conſtructa decoris
Villa nitet: duplici caperent vix mœnia gyro. Montughi Villa.
Quid ſi Montuguas Saxetti videris ædes,
Regis opus credes. Medicum quid tecta ſuperba (Car-

Carreggi Villa. *Carregij, & Trebij: Fesulana aut condita rupe*
Commemorem? iures Luculli tecta superba:
Caiano Villa. *Quæque sine exemplo Caiana palatia Laurens*
Ædificat, quorum scandet fastigia, tanquam
Per planum iret eques, parteſque equitabit in omnes.
Ville di Sesto. *Imperfecta tamen nunc sunt Laurente perempto.*
Quidue larem Sexti dicam, villasque nitentes?
Credideris Baias, & amœni littoris oras.
Olim cum rerum domini erexere Quirites
Littoreas arces, & balnea nixa columnis
Mænalijs; quorum vestigia rapta supersunt.
Nec minor est villis præculti gloria ruris.
Quid tibi Palladios, qua nulla feracior ora est,
Enarrem fœtus? nec cedunt Thusca Phalernis
Bontà del vino detto trebbiano. *Vina: nec æquiparant Trebianum Aruisia nectar.*
Nec stomacho, mentiq; nocent: cum vina vetantur
Poscenti, hoc medicus nunquam interdiceret ægro.
Tanta nec est alibi diuersi copia pomi;
Nec tribuit tantum hoc placidi indulgentia cæli,
Adiuuit quantum solertis cura coloni,
Et sterilem terram superans industria duri
Agricolæ: tenues colles, qui mœnibus hærent,
Dum colit assidue purgando sordibus vrbem,
Fœcundos, quales habuit Phæacius hortos
Alcinous, fecit. rigidæ nec tempore brumæ
Lactucæ desunt, & olentis copia mentæ.
At procul in latis Ceres est lætissima campis:

Gargara nec Thuſcas ſuperant granaria meſſes.
Hoc quoque noſtrorum cauit prudentia ſolers,
Improba ne rerum penuria tentet egenos:
Exſuperat pleno ſi cornu vberrimus annus,
Frumenta effoſſa ſeruant durantia terra.
Quam bene Romulei muros poſuere parentes,
Rarus vt autumno ſit morbus, & ambiat aer
Limpidus. hic dulces fontes, puteoſque perennes
Ædibus inuenies cunctis, vndamque ſalubrem:
Quippe abſunt craſſæ nebulæ, ventique nocentes:
Nec glacialis hyems hic eſt, nec torridus æſtus.
Hinc reor ingenij cauſas, & corpora ſana
Produci. quodcunque volunt feliciter audent.
Temporibus noſtris Medicis ſolertia vaccas
Externis oris Caiana in paſcua duxit:
Plurimus hinc pinguis defertur caſeus vrbem
In noſtram, & teneros vitulos, & ab vbere raptos
Vel gelida in bruma portant ad Thuſca macella:
Aggereque immenſo cinxit florentia prata
Prouida magnanimi Medicis prudentia Coſmi;
Ne teneras herbas vicinus ſubruat Vmbro.
Hoc quoq; Piſano Laurens tentauit in agro;
Sed mors, & caſus Medicum vetuere ſiniſtri.
Succeſſu nulli durat fortuna ſecundo:
Spes nulli in rebus ſecli ponenda caducis.
Hactenus. at forſan melius reticere fuiſſet
Quam dixiſſe parum tantæ de laudibus vrbis.

Caſcine del Poggio a Caiano introdotte da Coſimo il vecchio.

VGOLINI VERINI
POETAE FLORENTINI
De illustratione Vrbis FLORENTIÆ.

LIBER TERTIVS.

AT postquam egregias dotes, & ruris, & vrbis
Præstrinxi, & volucri tetigi compendia cursu,
Quot, quantosque viros vrbs Florentina creauit
Insignes armis, doctrina, & Pallados arte;
Nunc restant soboles, antiquaque nomina patrum
Illustranda mihi, & seclis donanda futuris.
Hoc solæ nobis possunt memorare Camœnæ,
(Omnia quippe æui labentia tempora norunt)
Carmineque æterno, quas inuidiosa vetustas
Eripuit, vita possunt donare secunda
Magnanimas proles Syllanæ gentis, & vnde,
Quoue Fluentinas petierunt tempore sedes,
Quæue antiqua magis stirps, ac incertior author.
Ex Apennino, celsaque ex arce Mugelli
Medici. *Nobilitas Medicum Thuscam descendit in vrbem,*
Romuleis postquam Carlus recidiua colonis
Mœnia restituit, longe supereminet omnes Di-

Diuitijs, populique diu tractauit habenas.
Cosmus auus, claruſq; nepos Laurentius ex hac — Cosimo, e Lorenzo Medici.
Progenie nati fama ſuper æthera noti:
Eſt qui Bebryaca Medices teſtetur ab vrbe
Veniſſe, & Toſcam ſobolem deleſſe ſuperbam — Allegoria al nome, e insegna della famiglia de' Medici.
Aſſerta, hinc Medicis meruit cognomen habere,
Quod medicus toſci fuerit; ſic ore venenum
Dixerunt patrio; factique inſignia portet
Senis in globulis flauentem ſanguine peltam.
Martia Lucanis peperit generoſa Capones. — Capponi.
Sedibus antiquis, vbi ſint monumenta priorum
Signa ſui generis, criſtatum marmora gallum
Oſtendunt, opibus clara, & præſtantior armis;
Progenies alto celebrari digna cothurno.
Quinetiam ex iſto, vt fertur, Victoria pubes — Vettori.
Clara toga, & bello deduxit ſtemmate ramos.
At malunt alij vicinis montibus ortos,
E Gangalandis ducibus cunabula prima
Traxiſſe, & crebræ ſumpſiſſe vocabula palmæ.
Antiqua, & polleus opibus Soderina propago, — Soderini;
Egregijſque ornata viris. inſignia gentis
Sunt, ramoſa, ſuæ, viuacis cornua cerui.
A Gangalandis ducibus profluxit origo:
Exaltata domus ſupra omnes tempore noſtro.
Perpetuus princeps Petrus Soderinus Hetruſci
Imperij electus, decreto tractat habenas — Pier Soderini Gō faloniere a vita.

Germani, insignes multis virtutibus eius:

Franceſco Soderini Cardinal. *Cardineo frater clarus Franciſcus honore,*
Exemplar Cleri doctrina, & moribus extat.

Vberti. *Vbertumque genus multis memorabile pugnis*
Extitit, & quanuis Guelphorum acerrimus hoſtis
Semper, & inuiſæ plebi contrarius eſſet,

Farinata Vberti. *Voce tamen gladioque ſuo Farinata ruentem*
Seruauit patriam. primi coluere Mugellum;
Nimboſiſque altas poſuere in montibus arces;
Vbertumque genus genti præfecit Hetruſcæ

Ottone primo Imperatore. *Primus Otho. hinc partes ſeri tenuere nepotes*
Cæſareas. hinc Pontifices odere ſuperbi.
Nunc pene extincta eſt. ſic nulla ſuperbia durat.

Bardi, Gualterotti, e Larioni *Inclyta Bardorum Ligurum deſcendit ab oris*
Gens opibus quondam pollens, nullique ſecunda,
A ſe prælongo tribuit cognomina cliuo.

Soldanieri. *Nobilitate omnes ſtirps Soldaneria vicit,*
Romanis veniens ab auis: nunc funditus illa
Extincta eſt, quorum buſtis, vt fertur, in altis
Stabat equus ſtratus phaleris ex ære rigenti:
In cuius dorſo reſidens gentile cadauer
Antiquæ ſobolis faſtum monſtrabat inanem.
Pyramidum cedat tumulis inſania noſtris.

Mannelli. *Eſt quoque Mannellus, Romæ Manilia proles,*
Antiquæ ſobolis, minor alto è ſanguine creta,
Vnde ferunt dictam, ſi dignum eſt credere famæ.

Ad

Ad Veterem pontem in ripa ſtat turris vtraque,
Mannellæ monumenta domus, tranſire viator
Qua ſolitus quondam fuerat. prope mœnia nullus
Pons erat. hunc quæſtum tradunt habuiſſe priores.
Inter patritios Romani ſanguinis Vgos Vghi.
Fama refert, ſpretis Feſulis, & monte relicto
Vicino, primos poſuerunt æquore muros,
Tunc quoq; Lambertus Romanæ ſtirpis alumnus, Lamberti.
A quo nomen habet ſoboles antiqua, petiuit
Tecta Fluentinæ vix tunc ſurgentia gentis.
Inter enim primas arces vrbis Fijoannes Fiegiouanni.
Fundauere domos, ſimul & Fighinelda propago, Fighinelli.
Syllanique vna ſedem poſuere Fipetri, Filiperti.
Romanumq; genus Firidolphi, Alberigaq; proles: Firidolfi. Alberighi
Multaque præterea Troianæ ſemina gentis
Quæ ferus attriuit Totilas à ſtirpibus imis, Totila.
Qui Florentinam vaſtauit cædibus vrbem,
Tercentum æthereas inter noua mœnia turres,
Ac quadraginta Romano à ſtemmate proles
Scriptores retulere graues. ſed pauca ſuperſunt
Patritiæ gentis veſtigia. conterit æuum
Omnia, paulatim labens. De ſanguine Bellæ DellaBella.
Magnanimi tantum reſtat prudentia Iani: Gian della Bella.
Quem contra ſæuos pro libertate tyrannos
Audentem vani plebis liquere fauores.
Iam cecidit quiſquis credit popularibus auris.

Guiscardo. *Teque suos inter Guiscarde Bononia ciues*
Annumerat; nec te carum inficiatur alumnum,
Guicciardini. *Qui tibi, Guicciardine, pater fuit; vnde nepotes*
Nomen, & aereo sumpserunt cornua signo;
Quanquam alij primas sedes à flumine Pesæ,
Ac Popiana trahant veteres castella colonos,
Nobilis & prisca est, longeque potentia durat.
Præsertim nostra raro hoc contingit in vrbe.
Albizzi. *Albitios fama est Arrheti ex vrbe profectos.*
Alessandri. *Stemmate diuiso genus Allexandria proles*
Traxit, & ex vno profluxit vterque parente:
Vtraque nobilitas clara est belloque, togaque.
Donati. *At Donata domus longe fortissima bello est,*
M. Corso. *Belliger hinc Cursus, Syllani gloria Martis,*
Cerchi. *Romanos attingit auos. & Circula proles*
Ad Florentinas sedes, Acone relicto
Descendit, mediaque domos construxit in vrbe,
Insignis bello, & culti ditissima ruris.
Canigani. *Canisius proauos Fesulanæ stirpis alumnos*
Paganelli *Annumerat, mixtumque genus Paganella propago*
Nobilitatis habet non plenæ cornua Lunæ.
Hoc insigne ferunt Fesulis portasse senatum.
Pulci. *Pulcia, Gallorum soboles, descendit in vrbem,*
Clara quidem bello, sacris nec inhospita Musis:
Cōt'Vgo, e Marchese di Toscana, fondò 7. Badie. *Huic sua signa dedit Rector Germanicus Vgo,*
Templa Deo septem Thuscis qui condidit oris.

Romu-

Romuleus ſanguis primi nouus incola muri
Perutius fertur, primæque in limine portæ Perazzi.
Sunt monumenta domus; & moles ardua reſtat
Caſtelli in morem. nec non Catelinia proles, Catelini, oggi daCaſtiglione.
Scipiadum ſemen, Feſulis deſcendit ab altis.
Ormannos ſimul & Grecos, claroſque Philippos, Ormanni. Greci. Filippi.
Illuſtreſque refert Romana à ſtirpe Vitellos, Vitelli.
Ardingos etiam Syllano ex ſemine cretos. Ardinghi.
Rumor ait pariter, Sannellæ eſt nobile germen. Del Sanella.
Quin Importunus Feſulana à rupe colonus Inportuni
In noſtrum deſcendit agrum: profluxit eadem
Diuitijs quondam pollens ex ſtirpe Macignus; Macighi.
Cum quibus Infangatus erat; vetereſque Baruci, Infangati. Barucci.
Et Capoſacca domus primi fuit incola muri, Capõ ſacchi.
Æneadum ſanguis, media conſtruxit in vrbe
Æthereas turres, ſobolis monumenta ſuperbæ.
Horum ſi quæras veſtigia, pauca ſuperſunt.
Sic res humanæ durant, & mobile ſaxum
Irrequieta gradu celeri Rhamnuſia vertit.
Priſca Bonimontis ſoboles, Scolarius idem Buondelmenti. Scolari.
Sangui, & ex vno deſcendit vterque parente.
Cum peteret Thuſcas virgo Saluctia ſedes
Semine regali geminos enixa reſedit:
Vnde genus clarum gemini traxere nepotes.
Liquerunt caſtella Greuis, moleſque paternas,
Vrbis & in medio veteres poſuere penates,

Vipereaque tribu (sed tunc sine nomine vicus,
Nec tunc vrbis erat locus is) coluere, domosque
Erexere nouas vicini ad fluminis vndas.

Esaù Duca de Greci. *Esaus ex isto perhibetur sanguine cretus:*
Cuius ob egregios mores Regina Pelasgum,
Coniuge defuncto hunc iunctum sibi fœdere tedæ
Assumpsit, populumque diu dux rexit Achæum.

Giandonati. *Iandonata domus primis est orta colonis,*
Vgonisque ducis tenuit memorabile signum.

Elisei. *Troianos Elisæus auos, Romamque parentem*
Ostendit; murosque vrbis fundauit & arces.

Ferrãtini. *Et Ferrantinus Romæ se dicit alumnum:*
Tres quoque venerunt proles sub Othone secundo;
Idem sanguis erat, dispar nec originis author,

Corbizzi. Altouiti. Squarcialupi. *Corbicus, & Thusci decus Altouita leonis:*
Quique sua dextra Fregit rabida ora Luporum,
Vnde insigne lupi, nomenque accepit ab illo.

Minerbetti. Capponi. *Clara Mineruettum soboles huc venit ab vrbe*
Lucana, quando prisci venere Capones.

Caualcanti. *Vos Caualcantes Germanis Regibus ortos*
Fama canit, gelido Scythicus cum miles ab axe
In nostra erupit Geticis confinia telis:
Quanquam alij referunt Fesulis venisse subactis.

M. Guido. *Stirps, claris ornata viris, doctoque poeta,*
Insignis viuet, nulloque abolebitur æuo.

Corbinelli. Biliotti. *Corbinella domus, simul & Biliotta propago,*

Vtraque

(Vtraque Lucana de nobilitate putatur)
In noſtram venere vrbem ſub Othone ſecundo,
Quando Mineruetti, & clari venere Capones. Minerbetti. Capponi.
At Corbinellos, quorum eſt argentea Cerua Corbinelli.
Inſigne, externo Gallorum à ſemine cretos,
Parrhiſioſque putant, quoniam cognomine tali
Ornata, & nomen ſtirps hæc accepit vtrumque.
Atque huius de ſtirpe, ſimul cum Conſule Gino, Gino Capponi.
Prætor Syllano expugnauit milite Piſas.
At Biliotta prius Lucæ Volpella vocata eſt: Biliotti.
Geſtat adhuc rubræ ſoboles inſignia vulpis.
Eſt antiqua domus, nomen ſortita Leonis; Lioni.
Quippe ex ore feri mater generoſa leonis
Eripuit, mirante fera, puerumque retraxit:
Vnicus huic matri fuerat, poſt fata parentis
Ortus; & ex illo nomen traxere nepotes.
Pannonijs illuſtris eques migrauit ab oris
Roſſus, in Hetruſcas traheret cum barbarus arces
Siluicolam pubem, & genus exitiale Gothorum:
Pars tamen egregiæ ſobolis propè flumina Parmæ
Sedit, adhuc clarum, & Lombarda per oppida, Roſſi. Roſſi.
Quis Toſam ignorat Romano ex ſanguine cretam, Della Toſa Tofinghi, Biſdomini, e Cortigiani.
Et conſanguineos ſimili de ſtirpe Toſingos?
Biſdominuſque ferox priſca de gente Quiritum eſt.
Hi, quoniam ſacram Syllani Antiſtitis ædem
Defendere armis, meruerunt eſſe patroni.

Quin

Quin & vicini Feſulano è vertice montis
Venit ſanguineis notus bellator in armis
Adimari, *Adimar; vnde genus clari duxere nepotes;*
Cum Longobardos victor Pipinius heros
Diruit, & noſtram maiorem reddidit vrbem:
In multos ramos mutato nomine proles
Scinditur, & plures complexa nepotibus vrbes.
Trotti. *Ex hac illuſtris profluxit Trotta propago,*
Qua nunc attollit ſe ſe Allexandria pubes,
Armipotens genus, & ſacris memorabile chartis.
Tornabuoni, Popoleſchi, e Giachinotti. *Tornabone tuos nimboſa Gebenna parentes*
Huc miſit; generiſque tui Populeſca propago eſt.
Principium ex vno permixtum ſtemmate ſumpſit.
Diuitijs ambo inſignes, opibuſque potentes.
Tornaquinci. *Permixta eſt ipſis, & Tornaquincia mater.*
A Feſulis quondam deſcendens clara propago,
DelBene. *A Benio traxere Benes de nomine nomen:*
Qui magni Ottonis miles calcaribus aureis
Ornari meruit: donatus pinguibus aruis
Peretulæ, Alpinus quæ propter labitur Arnus.
Agli. Freſcobaldi. *Allia progenies, & Freſcobalda propago*
Germanis oriunda viris, conſedit Hetruſcis
Collibus; & moles altas erexit, & extant
Relliquiæ. quid non longi conſumitis anni?
Vtraque nobilitas plebi contraria manſit.
Forſitan externas, lector, mirabere proles,

Fictaque

Fictaque vaniloqui credes mendacia vatis:
Sin Florentinos mores, & tempora prisca
Oenotriæ inquiras, me dices vera loquutum.
Postquam Cæsareos amisit Gallia fasces,
Quos tenuit centum sanguis Pipinius annos,
Ausonios Augustus Otho, veteresque Quirites
Rexit, in Italiam Rheni venere coloni,
Germanique duces, capti regionis amœnæ
Illecebris, patriæ horrentes spreuere pruinas,
Tyrrhenumque Arnum Rheno coluere relicto:
Aquibus innumeræ traxerunt nomina proles.
Præsertimque nouis Florentia ciuibus aucta est: Origine delle Guerre ciuili.
Vnde Gebellinæ, & Guelphæ discordia cladis
Affiixit totiens bellis ciuilibus vrbem.
Forsitan ambiguus multis est prolibus error,
Quod noua deletæ soblis sibi nomina sumit
Progenies, miscetque alieno in stemmate ramos.
Plurima sed nostro proles descendit ab agro;
Nomen adhuc retinens Castelli ruris auitum,
Cui tribuit largus maturos census honores,
Ingenijque dedit solers industria laudem.
In pretio Bordona fuit Germanica proles; Bordoni.
Nunc iacet in tenebris, sine nomine tristis, & exul.
Antellæ clarum genus est de rure propinquo dell'Antella, ò Antelleſi.
Lambertus, ciuis de stirpe numismata primus M. Lâberto dell'Antella primo inuentore di battere moneta d'oro in Firenze.
Aurea percussit. Magalotta est prisca propago; Magalotti

Nec

Nec ſine honore fuit, primæque haud indiga ſortis.

Mancini. *Mancinuſque attingis auos de ſanguine Romæ.*

Gherardini. *Clara Gherardina domus eſt: hæc plurima quondam*
Caſtella incoluit fœcundis collibus Elſæ:

Gherardini dell'Ibernia ſono i medeſimi di Firenze. *Inſigniſque toga, ſed enim præſtantior armis*
Floruit. huius adhuc veneratur Hybernia nomen.

Caſtellani Lotto Caſtellani. *Quid Caſtellanam Romano è ſanguine pubem*
Progenitam, referam? & clarum te, Lotte, veneno,
Cum magica horrendus Beronicis ſpiritus arte
Æneadas mouit dira ad ſpectacula ciues.
Non hi Faunigenæ ſuperis de rupibus Arni,
Vt multi rentur, veteres duxere parentes.
Saxoneque egregium cognomen ab hoſte perempto,
Saxoniam domuit, cum pubem Celticus Hector,

Saſſetti. *Saxetum traxiſſe genus, ſeroſque nepotes*
Inde ferunt ortos, famæ ſi credere dignum eſt.
Elſa ferax olei, frugumque uberrima tellus,

Ridolfi di Piazza. *Egregias inſignes genuit pietate Ridolphos,*
Dilectoſque urbi, quorum Laurentius omni
Laude fuit clarus, vitæque exemplar honeſtæ.

Ridolfi di Ponte. *Sunt alij inſignes etiam virtute Ridolphi*
Spirituæ claſſis, ripam prope fluminis Arni.
Clara Sophocleo ſtirps eſt memoranda cothurno

Corſini. *Corſinæ ſobolis, nulli virtute ſecunda;*
Bonitio noſtram de vertice venit in urbem:
Quæ rubeos apices, niueæque inſignia mitræ,

Atque

Atque vrbis ſummos cumulos accepit honorum.
Azarola domus grandi referenda camœna Acciaiuoli.
Brixenſes attingit auos, fortiſque metalli
Nomen habet: chalybem patrio ſic ore vocamus.
Omnibus hæc laudis titulis clariſſima fulget.
Cadmeas rexit Mauortia mœnia Thebas,
Cecropiaſque arces tenuit, bimaremque Corinthum.
Huic quoque Parthenopes tribuit Ludouicus habenas.
Carthuſij huius opus moles pulcherrima templi Certoſa.
Egregijs ornata viris, domus hoſpita Muſis.
Saluiatum ſoboles Capoſacca ex ſtirpe creata eſt, Saluiati, e Caponſachi.
Vtatur quamuis ſigno Magalottus eodem, Magalotti
Qui colit Eugobium, non huius originis author:
Diuitijs, & honore potens hæc proxima primæ eſt.
Huius, & Andreas generoſo è ſemine cretus
Hoſtilem intrauit paleæ ſub faſcibus vrbem.
Tantus amor pacis, libertatiſque cupido eſt.
Egregios mores doctrina ornarat, vt alter
Tempeſtate ſua ciuis non doctior eſſet.
Quin etiam Cyprias hæc proles rexerat arces.
Qualis Spinorum fuerit fortuna, ſecundos Spini.
Vrbis quæ iuxta ſunt alta palatia muros
Teſtantur, genus antiquum, Romana propago,
Patritius ſanguis noſtram migrauit in vrbem,
Feralem poſtquam Totilam, & genus omne Gothorum
Sub Narſete duce extinxit Byzantius heros.

Quos

Bostichi, Pilli, e Abati.

Quos inter Bosticus erat: tum Pillus, & Abbas,
A quibus insignes traxerunt nomina proles.

Mazzinghi.

Pistorium accipitrem dedit annua dona vetustis
Mazinghis, ciuesque suos ab origine credit.

Bonbeni.

Hos sub Othone tamen Thuscis Germania misit.
Venit, & externis Rheni Bombenus ab vndis:
Ast ego quem norim, nemo est de stirpe superstes:
Seruat adhuc fornix illius nomina prolis,
Numinis in Trini sacra quæ visitur æde.
Ne mirere nouas, Lector, consurgere proles
Augerique opibus: contra, decrescere priscas;
Et motu assiduo Syllani iura leonis
Quassari. semperque aliquid nouitatis in vrbe est.
Stat tamen incolumis maiestas publica: causa est,

Causa, perche i Fiorentini siano begl'ingegni.

Præclaris quoniam ingenijs Florentia fauit;
Festinosque libens virtuti impendit honores.
Ex quo si linguæ vitæque industria maior
Concessa est cuiquam, nostram demigrat in vrbem,
Vt magis eniteat virtus vbi præmia prompta;
Æquarique sibi fert ægre prisca colonos
Nobilitas, oriturque trucis discordia belli,
Fitque minor census; patrimoniaque hausta tributis
Reddunt attonitum, qui stemmate fulget auito.
Contra autem solers, & cedere nescius, instat
Fortunæ, summosque animo molitur honores.
Vrbs si qua est æquo vberior, plerumque colonum

Imbellem

Imbellem ignauumque facit: Florentia ciuem
Solertem reddit, reſidem pigrumque repellit.
Laudatur merito primi bene prouida Regis,
Quæ ſterilem mutare locum ſapientia quondam Ciro Re de' Perſi.
Noluit, imbelles faceret ne copia rerum.
At Veneti admittunt nullos ad præmia ciues
Præter Patritios. alijs ſpes omnis adempta eſt;
Vel Fabium, aut ipſos ſuperent virtute Catones.
Nobilibus ſolis vrbis tribuuntur honores;
Vnde fit vt raro ingenijs Reſpublica claris
Floreat; & merito eſt inuiſa ſuperbia cunctis.
Sunt Veneti vnanimes in libertate; manentque
A primo Rectore vrbis ſic mille per annos.
Sed cæptum repetamus opus. Vos pandite, Muſæ,
Progenies, priſcaſque domos, quas longa vetuſtas
Obruit, & veteres nobis memorate parentes.
Sunt multæ inſignes diuiſo ſtemmate proles,
Ex vno quanquam traxerunt fonte penates,
Quod multis noſtræ de cauſis obtigit vrbi.
Iampridem Benetina domus ſubmerſa profundo eſt: Benetini, ò Manetti.
Ex hac egregius multa virtute Manettus
Ortus longa ſuæ tribuit cognomina genti:
Ingenijs per ſe celebrem Iannotius vnus Giãnozzo Manetti.
Longius illuſtrem Romana per oppida fecit.
Mozorum priſca pauci de ſtirpe ſuperſunt, Mozi.
Area ſola tenet nomen vicina fluenti.

Deleuit

Neri Abati mette fuoco in Firenze.
Deleuit multas ſoboles Abbatius ignis,

Chiaramõteſi, Malpigli, Brâchini, Toſchi. Galigari.
Imo euertit opes: Clarmontenſeſque vetuſtos,
Malpilique domos, Branchinaque tecta cremauit:
Toſcus & abſumptus: perijt Galigaria pubes.
Vrbis & in medio triduum Vulcania totum
Deſæuit peſtis; flammaſque Aquilone mouente
Saxa velut tedas rapuit Phlegethontia lampas:
Milleque tunc procerum ceciderunt funditus ædes.

Tebalducci, e Giacomini.
Viuit at egregijs ſtirps Thebalduccia factis
Clara, alio nuper Iacominia nomine dicta

Grimaldelli, del Buono.
Nemo nunc Bonij de ſemine reſtat; & omnis
Grimaldella domus cecidit, quas plebis amicas
De cœtu procerum perhibent: Genuenſis origo

Grimaldi.
His fuit, & Ligurum Grimoalda ex ſtirpe feruntur.

Scali.
Scala, genus priſcum, tum nobile, venerit vnde
Incersum eſt nobis: plebeijs partibus hæſit:
Et nimium heu fruſtra fidit popularibus auris.

Portinari.
Quæque tenet Portæ nomen, deducit ab altis
Auctorem Feſulis, opibuſq; & ſanguine clara,

Folcho Portinari fondò S. Maria Nuoua.
Atque huius de ſtirpe nepos celeberrima Folcus
Condidit ære ſuo Mariæ de nomine templa,
Donauitq; agros, & prædia multa reliquit.
Illic ægroti, ſimul & curantur egeni
Gratis: intranti cuiuis patet omnibus horis
Hoſpitium lætum: ciuis, peregrinus in i o
Accipitur: miraq; æger caritate ſouetur.

Non

Non eſt in toto delubrum ſanctius orbe :
Sed melius tacuiſſe fuit, quam pauca referre .
Suſtinet hæc vrbem, propter peccata ruentem,
Anchora, turbati quoque placat numinis iram .
Ipſe Maleſpinus Romano à ſanguine cretus Maleſpini
Dicitur : & Ligurum ſparſiſſe per oppida ſemen .
Diruta Baſtariæ gentis tenet atria carcer Baſtari.
Publicus. extincta eſt Cypriana, Vbriacaque proles. Cipriani, eVbriachi
Maccia deleta eſt: vix tantum porticus extat . Macci.
Floruerant opibus quondam, nunc nomen inane
Reſtat: & à Feſulis veteres traxere parentes .
Priſca, licet plebeia, fuit Sauorigia proles . Sauorigi.
Attingit matrem Bonaguiſus origine Romam; Bonaguisi
Si ſenibus volumus, tenui ſi credere famæ .
Ardua Panzanis moles, & nomen, & ortum Panzani.
Panzanis tribuit: traxitque ex arce Quaratæ
Stirps Quaratenſis primæ cunabula ſedis . Quarateſi.
Ricaſolana domus magnis memoranda cothurnis, Ricaſoli.
Quæ ſua pro patria obiecit caſtella tot hoſti,
Panzanæ ſobolis fertur de ſemine nata .
Nec non inſignis generoſo è ſanguine creta
Glacceti, Pelagique domus caſtella tot arces Da Diaceto.
Exhibuit Thuſcis patribus, queis Piſcia capta,
Inclyta teſtantur Lydij monumenta leonis .
Nobileque Alberti genus eſt: Catenaia mater : Alberti.
Vnde ferunt circlo nexas inſigne catenas .

Leon Batista.

Ex hac ſtirpe fuit geometer tempore noſtro
Inſignis, pariterque omnes qui nouerat artes.
Egregius verſu ſimul, & ſermone ſoluto.
Quin ſpeculi inuentor: ſic illum nomine dicunt,
Quo ſine nutaret libertas aurea libro.
Quem populi, & procerum frenum dixere tremendum
Albertum de ſtirpe fuit. monumentaq; prolis
Nunc extat moles ſaxis educta ſuperbis.

Strozzi.

Stroctia progenies cælo ſe laudibus effert:
Arcadicum perhibent genus à Pallante profectum.
Aſt alij referunt iuuenis de robore dictam,
Quodque prehenſa ferum proſtrarit dextra latronem.
Quanuis fama canat natos ex gente Quiritum,
Priſca licet noſtro traxit de iure penates.
Sparſa tamen Latias ſoboles generoſa per vrbes
Ingentes cumulauit opes, famamque perennem:
Ex hac ſtirpe duces, multique fuere poetæ,
Inſigneſque equites, opibus, linguaque diſerti,
Vt ſimul ex iſta varijs ex partibus orbis
Legati venere domo Regumque Ducumque,
Pontifici ſummo Romæ mandata ferentes.

Ruſtichelli, Valori,

Ruſtichella domus, nunc eſt Valoria proles
Nobilis, & ſpirpem Feſulis deducit ab altis:
Floruit, & floret, nulliſque agitata procellis:
Quod nunquam aut raro noſtra contingit in vrbe.

Truſiano Valori Medico.

Ex hac inſignis Truſianus origine natus,

Doctrina

Doctrina haud impar Galieno, clausus in antro
Carthusio, Christo postremos reddidit annos.
Pactia progenies Thuscis è montibus orta,
Antiqua atque potens, castellaque plurima rexit
Sub ditione sua, cuius de sanguine miles
Sub duce Gofredo conscendit mœnia Sion
Primus. & hinc causa est, triuio quod lampas in illo
Sacra accendatur, priscum quæ seruat honorem.
Ieronymi quam prisca domus fuit, ardua turris
Condita sit testis totos iam mille per annos,
Quam sacer antistes Thuscæ Zenobius vrbis
Tam clara de stirpe satus, coluisse putatur.
Dixere hunc merito Syllanæ gentis alumnum.
Romuleis proauis exultat Pythia proles,
Primaque Dalmaticæ tenuit cunabula sedis:
Hæc olim Thebas, & priscam Palladis vrbem
Rexit, & à Samio deduxit nomina vate:
Magnanimique extant excelsa palatia Lucæ
In cliuo, totam quæ spectant desuper vrbem.
Syllana Dinus ducit de stirpe penates,
Huic sacra Pontificis soli censura percepit.
Cattanumque genus Fesulas habitasse putatur.
Sunt qui Trinacrio malint de semine cretum.
Stirpis Amideæ longe quam rere, vetustum
Principium est: ortumque refert à stirpe Quiritum.
Annales si vera ferunt, stirpemque Giraldi

Pazzi.

Vn soldato della famiglia de' Pazzi de' primi a salire su le mura di Ierusalem, e cõdusse il Fuoco Benedetto in Firenze.

Girolami.

S. Zanobi.

Pitti.

Luca Pitti edificò il Palazzo.

Dini.

Cattani.

Amidei.

Giraldi.

Rucellai. Bernardo Rucellai Historico.

A Siculo multi narrant veniſſe Pachynno.
Eſt Oricella domus pollens opibuſque viriſque:
Hiſtoricum cuius clarum de ſanguine cerno
Non ſolum ſcripto, ſed lingua apprima diſertum,
Traxit ab æquoreo ſua prima exordia campo.

Del Benino, o enini, e Verini.

Nec tu carminibus noſtris intacte Benine
Tranſieris. gelida iamdudum venit ab Elſa,
Et nunquam ſine honore fuit; vicina Verinis
Stirps tanquam agnatos miro hos dilexit amore:

Neldi.

Nelda prius ſoboles fuit hæc, poſt dicta Benina.
Bonitijque iugi primum fuit incola Segna,

Segni.

A quo poſteritas Segnorum nomina traxit.

Serriſtori.

Serriſtora domus nunc eſt opulenta, ſed alto
Stemmate non fulget; Picenique vrbe relicta,
In noſtram proauus migrauit originis auctor:
Quanquam alij malint Fighinenſi ex arce profectum:
Fida tamen Medicum ſupra omnes partibus hæſit.

Cochi.

Cochia progenies priſcis eſt orta Sabinis,
Inſigniſque vno nunc eſt interprete iuris.

Lottaringhi. Della Stufa.

Lottoringa domus mutauit nomen, & ortum.
Piceno, vt fertur, traxit Stufenſis ab agro,
Propter vicinas thermas Stufenſe vocatum,
Quas noſtri appellant Graio de nomine thermas,
Tyrrheni fuſas, vbi feruida balnea fiunt.
Hæc proles vrbis magnos ſuſcepit honores.
Sunt qui de Thuſcis hanc credant montibus ortam.

Et

Et virtus, & opes nunquam ſine honore fuerunt:
Diuitiæque magis ſurgunt, nullamque repulſam
Inueniunt, ſubitoque amplus dat cenſus honorem.
Poſt aurum, virtus: virtutibus imperat aurum.
Pauper vbique iacet, raroque aſpirat honori.
Pandolphina domus non longe venit ab vrbe: Pandolfini.
Gonfolina fuit moles cunabula prima,
Egregijs ornata viris, opibuſque beata.
Romuleumq; genus tua Lanfredina propago. Lãfredini.
Quin eadem ſciſſæ perhibent inſignia prolis
Flaminiæ ex vno ciues traxiſſe parente.
Trans Rhenum ſobolem hanc quidam veniſſe putarunt.
Suſcepit merito ſupremos vrbis honores.
A Feſulis certum eſt ſoboles antiqua Tedaldi Tedaldi.
Præſtantes deduxit auos ditiſſima quondam
Argenti, & magnos late poſſederat agros.
Quæque gerit nomen, pictoſque inſignia Clauos, Machiauelli.
Et Rhegium, & Mutinam primum coluiſſe putatur,
Plurimaque eſt illic tali cognomine proles.
Ruffola progenies, cuius de ſanguine primus Ruffoli.
Baldus iuſtitiæ eſt princeps, & ſignifer actus, Baldo primo Gonfaloniere.
A Feſulis venit: nunc eſt deleta, nec extat.
Egregios duxit Donati ex colle penates
Carduccus, per quem ſumpſit Carduccia nomen; Carducci.
Sed Bonaiuta prius dicta eſt: non altera plures Bonaiuti.
Cenſores numerare ſua de ſtirpe creatos,

Præfectoſque poteſt totiens ad bella gerenda.
S. Giouan Gualberto inſtitutore de' Vallõbroſani.
Nec niſi honorato mandantur munera; fertur
Hæc quoque Gualberti de ſtirpe binominis eſſe;
Qui ſacra Vmbroſæ poſuit cœnobia vallis.
Sacchetti. Bucelli.
Nobile Sacchetti genus eſt, & mœnia primus
Romanus ſanguis tenuit, priſcuſque Bucellus
Syllana de ſtirpe fuit, ſi credere dignum eſt.
Giugni.
Iunia progenies Bruti de gente creata eſt,
Incerto ſi quis rumori credere vellet:
At Florentinos Romanæ ſtirpis alumnos
Nemo negat: ſeriem ſed quis per ſecula ductam
Bis ſeptem vel plura, poteſt monſtrare ſuorum,
Omnia cum rabies belli monumenta vetuſta
Delerit? tenuis monſtrat veſtigia rumor.
Quo magis antiqua eſt, tanto eſt incertior ortus;
Quodque nihil ſcripſit proauorum inſcitia ſecli.
Della Volta, ò Renuccini.
Mutauit nomen Voltæ de colle propinquo
Auctor cum prolis peteret Renuccius vrbes:
Nunc, doctis ornata viris, nec carmine noſtro
Indiget. vnus eam letheo à flumine tollet.
Berlĩghieri.
Eſt quoque coſmographo inſignis Berigheria proles,
Cui Cathalon mater, vel Beringarius auctor
Extitit, Auſoniæ quondam qui rexit habenas.
Italiæ cor eſt Florentia: plurimus hoſpes
Externis illuc quondam migrauit ab oris,
Cum deuaſtaret Romanas barbarus arces.

Muta-

Mutauitque vetus ſoboles Filicaria nomen, Da Filicaia, e della Vitella.
Edita Romuleæ generoſa ex ſtirpe Vitellæ;
Non tamen antiquæ variauit ſigna Vitellæ.
Incertũ eſt qua gente ſatum, genus vnde Gerardũ eſt, Gherardi.
An Peruſina domus, vel Narbonenſis origo eſt,
An veteris genita eſt Tyrrhena ex ſtirpe Pilaſtri. Pilaſtri.
Nobile Gondorum genus eſt, antiquaque proles Gondi.
Flaminiæ: eque Foro Liui cunabula traxit.
Vrgeret cum dira fames populumque patreſque
Syllanos, Gondi innumeros vexere medimnos
Flaminiæ ex agro, priuato nomine, frugum.
Certius hos clara eſt genitos de ſtirpe Philippi, Filippi.
Quos inter primos referunt veniſſe colonos.
Puccia nunc opibus pollens de rure propinquo Pucci.
Traxit auos. monſtratque ſuæ Lorina Mugellum Lorini.
Principium ſedis, mutato nomine prolis;
Quæ Bonaiuta prius Thuſci fuit incola montis. Bonaiuti;
Bonſius indigena eſt; claroque interprete legum Bonſi. M. Domenico.
Nunc eſt inſignis; primoſque accepit honores
Hæc domus. eſt nobis incertus originis auctor.
Clara Zatũ domus eſt, quondã Aldobranda propago Zati, e Aldobrãdi.
Dicta fuit, tribuitque lares Catenaia mater,
Vnde etiam Alberti veteres traxere penates: Alberti.
Hæc Niciam rexit, Latias quæ terminat oras
A Gallis: illicque manent monumenta vetuſta:
Suntque Zatum proceres illic de ſanguine creti.

Sumpſere à proprijs ſoboles cognomina villis,
Da Verrazano. *Vt Verrazani nomen ſumpſere vetuſti.*
Bartoli. *Bartola Bebryacis ſoboles deſcendit ab oris:*
Qnæque meum cognomen habet pariterq; tribumque
Vgolini. *Incolit, e Peſa proles Vgolina profecta*
Hæc cum Patritijs in ſortem venit honorum.
Peſcioni. Verini. *Cui tribuit Piſcis nomen, genus vnde Verinis*
Maternum ductum eſt, gelida deſcendit ab Elſa.
Marcoualdi. *Malcoualda domus Piſis eſt nata, ſed omnis*
Occidit: Alpheo nec adhuc de ſanguine reſtat.
Cõpagni. *Tyrrhenas tangit Compagnus origine Piſas,*
Plurimaque in templis illic monumenta vetuſtis
Oſtendunt illum Piſanæ ſtirpis alumnum:
Quamquam Bonitij quidam de monte profectum
Nititur auctorem certis oſtendere ſignis:
Nonnulli à Siculis, primumque habitaſſe Panormum:
Quoque magis varius, tanto eſt incertior ortus.
Rõdinelli *Vnde ſit ignoro, tribuit cui nomen Hirundo:*
Eſt antiqua tamen, caruit nec honore propago.
Hi Feſulis genitam ſoboles ceu nobilis omnis
Iſti Flaminiæ dicunt ex arcibus ortam.
Antiqua eſt ſoboles, Feſuliſque oriunda putatur,
Del Palagio. *Cui celſæ moles tribuere Palatia nomen,*
M. Guido. *Ex hac magnanimus Guido legatus in aula*
Bebryaca eduxit gladium, poſcente tyranno,
Sponſorem pacis: Vas fœderis hic, ait, eſto.

Mantua

Mantua Guidettis tribuit cunabula, ſed nos Guidetti.
Saltibus è Greuijs iamdudum audiuimus ortos,
Principium vnde ſuum cepit quoque Caccia proles. Del Caccia.
Nobilis atque vetus fuit Alamanna propago, Alamãni.
Extera progenies Germano è ſanguine creta,
Vt quidam memorant. mihi vero incognitus auctor.
Eſt in planitiæ caſtellum nomine Campum
A re nomen habet, vix ſeptem millibus vrbe
Diſtat ab Hetruſca. multi hinc traxere penates.
Ex hac Syllana tua Bartolina propago Bartolini. Salinbeni.
Nomine mutato Salibeni, venit in vrbem:
Ex hac Pariſiam primus de gente coronam
Accepit: doctorque Italas remeauit ad oras.
Vicus & in plano Brotius, conterminus vrbi,
Ex quo deduxit ſoboles Brancaccia ſedes. Brãcacci.
Quæ Piperis nomen domus eſt ſortita, vetuſtum iPepi
Eſt genus; eoiſque oris veniſſe putatur,
Scilicet è Cypro piperis cum pondere magno,
A quo cognomen ſeri tenuere nepotes;
Si tenuis rumor perhibet, ſi vera vetuſtas,
Inter patritios vrbis ſuſcepit honores.
Non Amorotta recens, ſed nec de plebe: graduſque, Amorotta.
Quos olim accepit, nunquam dimiſit, honorum.
Incertum tamen eſt ex qua regione mearit.
Et Iacobum genus antiquum ſit nobile quanuis, Iacopi.
Haud minus ambigitur qua duxit origine nomen:

A Greuis

Falconi. *A Greuis deſcendit agro Falconis origo.*

Folchi. *Nobile Folcorum genus eſt, Feſulanaq; proles;*
Nominis huic inſigne caput. Piretola mater
Extitit, & durat bis centum clara per annos

Lenzi. *Lenzia. quin alij plebeij hoc nomine dicti.*

Veſpucci. *Venit & ex iſto ſoboles Veſpuccia vico,*
Egregijs ornata viris, nec inhoſpita Muſis.

Benci. *Bencia progenies duplex eſt, vtraque priſca;*
Vtraque ſpirituæ quondam fuit incola claſſis.
Hæc noſtro ex agro deſcendit: & altera, Parma.

Benci. *Bencia quin alia eſt plebeia hoc nomine proles.*
Clara fuit per ſe, multumque vetuſta propago,

Beccanugi. *Mutauit priſcum ſed Beecanugia nomen.*
Inclyta quippe ducis Gallorum filia nupſit
Syllano iuueni, cuius de nomine dicta
Poſteritas. primum cecinit cognomen auorum.

Niccoli. *Niccola progenies vetus eſt, ſed nemo ſuperſtes,*
Ni docti quod fama viri memoratur vbique:
Nilque licet ſcripſit, volitat tamen ille perennis
Docta per ora virum. & merito: quia veſte, domoque,
Innumeriſque libris, quorum illi copia magna

Niccolò Niccoli. *Extitit, ingenia hortando non largius alter*
Fouerat, & Graiam edoctus, linguamque Latinam,
Mille emendatas chartas liquiſſe putatur.

Domenici *Dominici plebea domus, ſplendore Iohannis*
Emicat illuſtris, vitæ probitate, vel ipſa

Doctrina

Doctrina insignis, morisque exemplar honesti,
Dominici sancti Fesulanam condidit ædem;
Cardineumque apicem sola virtute recepit.
Cardinale Gio: Domenici edificò il cõuento diS. Domen.di Fiesole.

Baldouinetti domus antiquissima, primus
Incola Romanus Fesulani montis habetur;
Baldouinetti.

Iudorum mutauit eques cognomina prisca,
Giudi.

Quando Gebellini, & Guelphi Tyrrhena furores
Oppida vastarunt plusquam ciuilibus armis.

De Rustichello Fesulano ciue Guidottus
Est genitus, de quo nomen traxere nepotes.
Guidotti.

Et mercatura insignis Rineria proles,
Rinieri.

Et vetus, & Guelphis quondam contraria, sed nunc
De varijs vna est populi conflata voluntas.

Cappellique domus prisca est, vetereque penates
Cappelli.

Traxit ab Alpino, si vera est fama, Mugello:

Illinc & prisci stirpem traxere Parentes,
Ex hac insignis morum probitate Iohannes,
Iuris & interpres, Francisci dogmata primus
Rexit, & extremos, præsul, moderatus Iberos.
Parenti. F. Gio: primo Generale de Minori.

Altera Donati duxit de monte Parentis
Cognomen, quondam proles notissima, sed nunc
Est tenuis, soboleque omnis deleta virilis.
Parenti.

Nec noua Cambini est soboles: ex arce Morelli,
Qui mons est vrbi vicinus, origo putatur.
Cambini.

Et Lotti genus, antiquum est, Petribonaque proles
Fastellique eadem domus est, classemque, tribumque
Lotti, Petribo ni, e Fastelli.

Mutauit

Mutauit Lottus, quæ Trini ad numinis ædem.
Deseruit moles, generis quas condidit auctor:
Restat adhuc veteri in templo de marmore buctum.
Et summos vrbis sine fastu accepit honores.

Federighi. *Ad nos misit Arar Federigos, altera quanquam*
Empoli Hetrusci pars prolis sedit ad arces.

Nasi. *Esse suæ gentis testatur Gallia Nasos*
Non procul à Rhodano, Nasorum insignia templis,
Stirpis & antiquæ perhibent extare sepulchra:
Quosque opulenta gradus summos accepit in vrbe
Seruat, & est nullis proles concussa procellis.
Hoc nostris coruo contingit rarius albo.

Viuiani. *Incola Sanbuci Viuianus ruris habetur.*
Non, vt rere, noua est, eadem si stirpis origo est,
In pretioque fuit quondam, sed mobile saxum
In summo nunquam tenuit Rhamnusia cliuo.

Baldesi. Segnini. *Baldensis generis fertur Segnina propago,*
Cognomenque domus magis est, ditissima quondam
Sexcentum aut plures annos pro mœnibus vrbis
Trans Arnum coluit vicina suburbia proles.

Martelli. *Diuitijs nunc est Martellum clara propago,*
Vrbis iampridem fasces moderata supremos.
Non istis genitor Demosthenis extitit auctor
Martelli, sed prima dedit cognomina princeps
Gallorum Carlus, varie quia multa vetustas
Et mutat Fortuna viros: de plebe senatum
Efficit: ad Decios mutatur Claudia proles. *Vnde*

Vnde lares traxit, rediit Bouerellus ad Elſam. Bouerelli.
I nunc, fortunæ demens confide ſecundæ.
Sunt Deti antiqui, incertus ſed originis auctor, Deti.
Eſt animi leuis vt certa affirmare vetuſta:
Nam ſcripto, ſigno, ratione vetuſta probantur.
Ex noſtro mercator agro Pulienſis in vrbem Puglieſi.
Venit, lanitijque fuit celeberrimus arte.
Extera Venturi domus eſt. Prouincia Iuli Venturi.
Mater erat. gemini huc patria venere relicta,
Cum magnis opibus fugientes impia bella.
Hic ſedes poſuere ſuas. mox curia ciues
Syllana elegit, iuſque illi conceſſit honorum.
Soſtegnique domus vetus eſt, Feſulanaq; proles. Soſtegni.
At quidam hanc referunt veniſſe ex arce Mugelli. Serragli.
A gelida priſcus venit Serraglius Elſa;
Floruit hic opibus. vertit Rhamnuſia ſortem.
Vt lubet attollit, de culmine vertit ad imum:
Depreſſi rurſus redeunt ad præmia ciues.
Hoc quoque perſpicuum noſtra reperitur in vrbe.
Nil magis inſtabile eſt vſquam popularibus auris.
Nardus, & antiquus, ſobolem de colle propinquo Nardi.
Arcetrio duxit. Mezolæ nomen ab agro Da Mezola.
Progenies cœpit, non longe à flumine Peſæ.
Inde noui, & veteres Lippi veniſſe putantur. Lippi.
Neſia progenies, quondam Petrutia dicta, Neſi. Petrucci.
Eſt nunc eloquio predocti ornata Iohannis. Gio: Neſi Oratore.

Bar-

Barberini. *Barberina, iuga incoluit, Semifonte relicto:*
Mox claris ornata viris migrauit in vrbem.
M. Fráceſco Barberini Dottore, e Poeta. *Inque Crucis templo viſuntur marmora priſcis*
Carminibus docti laudes teſtantia vatis.
Scarlatti. *Florentina etiam Scarlattus venit ab arce,*
Quæ molli in cliuo ſpumantem deſpicit Elſam.
Antenor Serum quondam notiſſimus arte,
Antinori. *Lucanis deſcendit agris, cognomine cuius*
Dicta Antenorea eſt, opulenta, & honoribus aucta.
Accola Plumbini fuit, & Populonia mater,
Ferrucci. *Si verum mihi fama refert, Ferruccia proles:*
Huic dedit aduecti cognomen copia ferri.
Radit caſtellum fluuij de nomine Sieuis.
Spinelli. *Vnde tuos, Spinelle, ferunt veniſſe priores.*
Elſa Attauantes, genuitque Anciſa Sapites:
Attauanti, e Sapiti. *Quin Anciſa Datos, ſi vera eſt fama, creauit:*
Dati. *Ex iſto inſignis Leonardus ſanguine vates,*
P. M. Lionardo Dati Generale de' Predicatori. *Philoſophuſq; alter ſtirpe eſt Leonardus eadem:*
Dominici huic totus generali paruit ordo.
Goro Dati. *Ex hac ſtirpe Gorus, qui littora cuncta notauit.*
Carminibus patrijs cælum depinxit & aſtra.
Claraq; Nobilium eſt ſoboles, de ſtirpe Quiritum,
Nobili. *Frugiferæ quanquam veniſſe ex arcibus Elſæ*
Credimus; inſignis tamen eſt cognomine proles
Nobilis, & nunquam manſit contraria Guelphis.

Velluti

Velluti est genus antiquum à Semifonte profectum, Velluti.
Egregijsque viris quondamque opulenta propago
Extitit: in terris nihil est durabile nostris.
Heu quartus raro patrimonia possidet hæres.
Dilabuntur opes iniusto fœnore partæ,
Vel quas ciuiles per vim fecere rapinæ.
Guasconum fuerat non parua potentia quondam, Guasconi.
(Sed nihil in summis gradibus persistere vidi)
Externum genus est; dematur littera prima,
Non procul à Rheno credas traxisse penates:
Nos tamen è Thusco venisse hanc rure putamus.
Priscum Admirati genus, & Syllana propago: Ammirati.
Nunc superant pauci, cum rerum est copia parua.
Prisca quoque est soboles, verum plebeia, Brunetti, Brunetti.
Haud inhonora tamen; pariter Michelotia proles: Michelozi.
Vtraque progenies venit de rure propinquo.
Saluetti triplex tali est cognomine proles, Saluetti.
Plebeiæque duæ existunt, sed honoribus auctæ:
Tertia Pistorij natales traxit ab vrbe,
Vt quidam referunt, vrbisque recepit honores.
Sit plebeia licet, vetus est Mannuccia proles; Mănucci.
Et Puccina domus supero descendit ab Arno, Puccini.
Et plebeia licet, graduum non exstitit expers.
Melliorota domus, quanuis plebeia, vetusta est: Migliorotti.
Nec sine honore manet. nomen, de rure penates
Tyrrheno traxit. Struffa plebeia propago Struffi.

Et

Di Maest. Luca. *Et vetus, atque vrbis commissas rexit habenas,*
Ex agro veniens Thusco. Lucæque Magistri
Quæ cognomen habet, plebeia ex rure propinquo
M. Luca Arimetico. *Venit in hanc vrbem, multosque accepit honores.*
Doctor Arithmeticæ Lucas fuit ille magister.
Bernardi. *Quid referam geminos Bernardos? vtraque proles*
Plebeia; hæc agris ex nostris, altera Pisis
Orta, gradus vrbis magnorum ascendit honorum.
Milleque præterea intactas de plebe relinquo
Progenies; quarum genus, atque incognitus ortus
Est mihi: quæ multos habuere leonis honores.
Pecori. *Vnde sit ignoro, Pecoris quæ nomen adepta est.*
Inter Patritios, iamdudum plebe relicta,
Assumpta est. multi Pelopea a stirpe tumentes
Se iactant, quorum nomen nescitur auorum.
Vbaldini. *Est Vbaldini stirps antiquissima, Rheni*
Accola quæ quondam fuit, & sub Othone profecta
Cæsare, Syllana primum consedit in vrbe.
Creditur ex ista Federicus stirpe creatus,
Federigo Duca d'Vrbino. *Vrbini princeps, quo non præstantior armis*
Tempore dux nostro fuit, & Sertorius alter.
Del Nero *Quæ Nigri cognomen habet si stemmate longo*
Non fulget, tamen est opulenta, potensque propago,
Et claris ornata viris, cui publica summos
Sæpe magistratus concessit Curia, traxit.
Principium vnde suum mihi non est cognitus ortus.

Mar-

Martellina domus Bibienæ venit ab arce. Martelli-
Et Formiconi à gelido venere Mugello. ni.
Hæc atque hæc soboles haud nostra ignobilis urbe. Formico-
Virunq; progenies urbis sus cepit honores. ni.

Orlandina domus duplex & honoribus aucta Orlādini.
Vtraque progenies diuersa in classe moratur:
Vnde & quando suos traxere ignoro penates.

Pristina Borghinus Taddei nomina linquens, Borghi
E Pesa venit, quas primum condidit ædes ni, et Tad
Vipereamque tribum (sed tunc sine nomine classis dei.
Nec tribus vlla fuit, sed Sexti nomen habebat)
Mutauit, partemque aliam secessit in vrbis.

Est priscum Stradense genus, Stratæque propinquo Stradi.
Oppidulo. ex ista mea coniunx stirpe creata.
Sanctaque Villana Stradensi ex semine nata est: B. Villana
Quam sit grata Deo, sua sint miracula testes. Stradi.

Marignolla domus nomen de rure propinquo Marignol-
Atque ortum duxit, sicut pars plurima prolum, li.
Si verum inquiras, Thusco descendit ab agro.

Nobilis è Pesa, quondamque opulenta propago
Ardinghella suæ deduxit originis ortum. Ardighel-
Vbertina domus Popiani est ruris alumna. li.
Si qua per ambages percurram nomina, Lector, Vbertini.
Da veniam, nostras percussit Pythius aures,
Vt tanquam scopulos male verba sonantia vitem.

Quem dixere Iouis mons, est Malueslis origo: Malegon-
nelle.

F *In*

In pretioque fuit, nec nunc ſine honore propago;
Atque vno fulget præclara interprete legum.
Priſca ſed extincta eſt, cuius fuit aurea turris
Gauacciani. *Inſigne, Æneadem veteri de ſtirpe creata.*
Dauizi, e Camerini. *Dauidumque opulenta fuit Camerina propago:*
Atque horum media domus ardua ſurgit in vrbe.
Gianni. *Sunt priſci Gianes, atque vrbis honoribus aucti:*
Obſcurum vnde ſuæ traxere exordia prolis.
Corſi. *Curſorumq; domus vetus eſt, Feſulanaque proles,*
Iuſtitiæ ſignum, ſupremos vrbis honores
Iamdudum accepit, ſed tunc cum rarus babebat.
Aldobrãdini di Madonna. *Aldobrandini clarum genus, atque vetuſtum:*
Nec gradibus ſummis caruit: non Galla propago eſt:
Vicini proauos deduxit ab arce Morelli,
Larciani. *Larcianos veteres titulos mutauit & ædes:*
Nobilis æternum cognomen fœmina proli,
Et vico tribuit, quod nullo abolebitur æuo.
Duranti. *Mutauere ſuæ Durantes nomina prolis,*
Ad nos quos ſuperus iamdudum miſerat Arnus:
Carneſecchi. *Eſt opulenta domus Siccæ cognomine Carnis.*
Bonciani. *Neſcio Boncianæ fuerit quæ ſtirpis origo,*
Sed clara atque potens vrbano fulſit honore.
Angiolini. *Angelina domus primum fuit incola Greuis:*
Atque magiſtratus, quanuis plebeia, recepit.
Riſaliti. *Stirpes Riſalitum eſt ſublimi ex arce Mugelli.*
Magaldi. *Non procul à rapido deſcendit Seue Magaldus,*

Bi-

Biſcentum & plures vrbem coluere per annos.
Niccolina domus quondam Serigatta vocata eſt: Niccolini e Sirigatti.
Priſca, potens opibus, iuriſque interprete clara.
Non genus externum eſt, agro venere paterno,
Ianfiliaze, tui, ſi vera eſt fama, priores. Ginfigliazzi.
Protulit illuſtres equites generoſa propago.
Nunc noua ſuccedit, cecidit Manouella vetuſta: Manouelli, e Manouellozi.
Adſumit titulos alieni ſanguinis hæres.
Deponet longo de ſtemmate pauper honores,
Adſumetque, nouus; modo diues fiat in vrbe.
Maiori in pretio eſt ipſis virtutibus aurum:
Nec mireris, opes ſi nunc quæruntur vbique.
A Feſulis Cambi: à Feſulis venere Couoni. Cambi. Couoni.
Sed Cambi diuerſa domus, ne cæperit error
Te. fuit illa vetus Feſulana è rupe profecta.
Iam Paſſauantum veſtigia ſubruit æuum Paſſauati.
Funditus: & veteres dudum periere Marini. Marini.
Illa vel illa potens domus extitit. vnde ſit orta
Fama tacet, noſtraſque nihil peruenit ad aures.
Sed Beniuena viris nunc eſt ornata peritis, Beniuieni.
Nobilis & claro memoranda aliquando Poeta.
Riccoueri proles Feſulis, vt fertur, ab aliis Ricqueri, Caccini.
Deſcendit. Caccine tua hinc affinis origo eſt:
Quondam opulenta domus ſummos accepit honores.
Biſcheræ progenies Feſulanus ſanguis habetur. Biſcheri.
Sed nihil heu durat. perijt Roſſena propago. Roſoni.

Galli. Fifanti. *Quis Gallos monſtrare michi? priſcoſq; Fifantes,*
Sizij. Calrucci. *Quis Sitios poterit? quis te Calſuccia proles*
Tebaldi. *Nunc valeat dudum veteres periere Tebaldi*
Monaldi. *Vix ſupereſt vnus priſca de ſtirpe Monaldi.*
Stefani, e Caſini. *Dic vbi ſunt veteres Stephani, priſcique Caſini.*
Altani. *Alphanæ ſobolis nil præter nomina reſtat.*
Talenti. *Priſca Talentorum proles fuit. occidit omnis.*
Anſelmi. *Occidit Anſelmi domus, & Siminetta propago:*
Siminetti. *Aut pauci exiſtunt quos norim ex ſtirpe vetuſta.*
Alnolfi. *Alnolphi antiqua rarus de gente ſuperſtes:*
Sic mutat variatque vices fortuna relabens.
Giuochi. *Iam veteres periere Ioci, ſoboleſque Neronis,*
Neroni, e Dioti ſalui. *Nobilis atque potens, varias perpeſſa procellas,*
Vt fama eſt, veterum nata eſt de ſtirpe Quiritum.
Medici. *Exul erat. redijt Medicis ex vrbe remotis,*
Quorum biſſenis fuit alta potentia luſtris.
Magli. *Mallia iam periit, Feſulano è vertice creta.*
Bonizi, e Maffei. *Bonizi cecidere omnes, Mapheaque proles*
Baronci. *Occidit, & veteres pariter cecidere Baronci.*
Ridolfi di Borgo. *Altera nunc floret proles preclara Ridolfum,*
Quæ virtute tribum diui ſpiritus auget
Per placidis Arnus qua Floram diuidit vndis:
Hæc ſtirps annorum priſco ſic ſplendet honore,
Vt nullus norit tantæ primordia gentis
Crediderint quamuis multi genus eſſe quiritum,
Qui primum lata Feſulas dictione tenebant.

Nobi-

Nobilitate viget ſtudijs, quæ inſignis, & armis
Diuini ritus cultrix, pietatis alumna,
Sic fuit, vt Ciues totamque accenderet vrbem,
Hoc bene teſtantur Ridolphæ inſignia gentis
Stimmata delubris: mediaque in parte locata
Iacobi, templum quod gens ſibi Diue ſacrauit,
Hæc Iacobi prius Floræ prope flumina Thuſcæ,
Clara eſt Ridolphum proles quoq; tertia Pontis,
Sed quia longo æuo teritur caligine merſa,
Non illam noſtris fas eſt intexere chartis.
Obruit antiquos Micos annoſa vetuſtas. Michi.
Horum, ſi quæras, non parua potentia quondam
Ciuilis fuerat: volumus ſi vera fateri,
Nil magis inſtabile eſt ſorte, & popularibus auris.
A Feſulis Lupicina domus, vetereſque Sauini Lupicini. Sauini.
Venerunt, quanuis ſoboles defecerit omnis.
Sannini extincti, & veteres cecidere Bonarli; Sannini. Bonarli.
Me quanuis lateat quo tempore & vnde creati.
Præcipuum ſummumq; gradum Valorina propago, Valorini.
Et Toloſina domus tenuit, de ſtirpe Quiritum. Toloſini.
Eſt etiam notum veteri de ſtirpe Ghinettos Ghinetti.
Progenitos; ſed nunc quem norim eſt nemo ſuperſtes,
Aut latet ignotus ſine nomine vilis egenſque.
Priſca, potenſque fuit, ſed nunc eſt nulla Baronis Baroni.
Extera progenies, extremiſque orta Britannis.
Villani genus antiquum, Feſulanus alumnus: Villani.

Huius & historicus stirpis perhibetur Hetruscæ,
Huius & Annales vrbis primordia narrant.

Rifferi. *Risori veteres agris venere paternis.*

Da Vzano *Protulit egregios moles Vzania ciues.*

Hic locus Hetrusci multis notissimus agri:
Reliquiæ egregiæ paruæ de stirpe supersunt.

Baroncelli, e Bandini. *Baroncella domus non longe venit ab vrbe.*
Gens olim pollens opibus, nec honoris egena.

Ghiberti. Falconetti. Simoni. Dei. *Venere, vt fertur, Fesulana ex arce Ghiberti.*
Et Falconetti, & prisci cecidere Simones.
Quique Deis tribuit nomen, de vertice summo
Bonitij venit: longe quam rere vetusta est;
Nec plebeia fuit, quanquam de plebe putatur.
Nunc ornata suis est ædibus area celsis
Spirituæ classis. sed nil durabile cernas.

Cederni. Caponsachi. *Nunc ego Cerdones Caposacco ex sanguine nosco,*
Quorum nobilitas Syllana à gente refertur.
Nunc video multas de plebe assurgere proles,
De Thuscis quod agris ad publica munera sumptas:
Nonnulli rursus recidiua ex stirpe resurgunt,
Queis iterum arridet felix fortuna renatis.
Sed labor est maior fortasse resurgere lapsis,
Quam nouus insolitum cum primo affectat honorem.

Guidi. *De Casentino Guidorum venit origo*
Facta pontes subito scribæ virtute Ioannis.
Sed nihil in nostra durabile permanet vrbe:
Corruit:

Corruit: in rebus nunc i, ſpem pone ſecundis.
Scala recens nuper Collenſi venit ab agro, Scali, ò della Scala.
Suſcepitq; gradum ſummum. tunc carmine docti
Vatis & hiſtorici, veteres æquauit honore.
At nihil in terris durat. vix orta, receſſit.
Nec noua Landini vatis, non extera proles, Landini.
Vt multi credunt. proauus fuit incola claſſis
Spirituæ. ad Puteum Thuſcum monſtratur origo.
Sic ſe fata regunt, ſurguntque caduntque viciſſim.
Vnicuique ſui ſtat proli terminus æui.
Oppida magna ruunt, & regna perire videmus
Maxima: tunc putas ſoboles durare perennes?
Cum ſit nobilitas Hetruſcis ſemper amica,
Ciuibus atque nouis mater Florentia fauit.
